GILDÆ,

CVI COGNO-
mentum est sapien-
tis, *de excidio & conquestu Britan-*
niæ, ac flebili castigatione in reges,
principes, & sacerdotes epistola, ve-
tustissimorum exemplariorũ auxilio
non solum a médis plurimis vindi-
cata, sed etiam accessione eorũ,
quæ in prima editione a
Polydoro Vergilio re
secta erant, multi-
pliciter aucta.
(*)

1568.

Londini excudebat
Ioannes Daius.

Cum priuilegio Regiæ Maie-
statis per decennium.

AD MATTHÆ-
um Cantuarienſem Archiepiſ-
copum totius Angliæ primatem,
et dominũ ſuũ, Ioannis Ioſſe-
lini præfatio.

PRINCIDI NV-
per (humaniſſime do-
mine) tua quidẽ auto
ritate vſus, in duos ve
teres codices Gildæ
Britonis, quorum al-
ter literarum notis valdè peregrinis
& ab vſu noſtro iamdiu alienis
(quippe amplius ſexcentis hinc an-
nis ſcriptus) ad bibliothecam Au-
guſtinenſem Cantuariæ olim perti-
nuit: alter quidem multo recentior
& ſcriptura non æquè diligenti (qui
tamẽ minimum ab illo altero diſcre-
pat) fuit olim Glaſtonienſis cœnobij,
at iam eſt cuiuſdam generoſi iuriſ-
periti Cantiani ſolius & proprius.
Hos vt contuli cum Gilda, quem Po
lydorus ſub prelo emiſit iã annis hinc

elapsis quadraginta duobus deprehẽdi, vel defuisse Polydoro vera, integra, & accuratè descripta exemplaria quæ sequeretur: vel ipsum Polydorum (pace tua dixerim) non exhibuisse nobis hunc autorem cum bona religione & fide. Nam per codices, quos dico mihi visos, reperio planè multa quæ desũt in impresso Gilda, tũ eorũ quæ sunt autoris propria, tum maximè sacrorum testimoniorum, quæ ab ipso etiã autore ad correctionem suæ gentis hic adducuntur. Vt interim taceam, & ipsum Polydorum non accusem, quod autoris verba quamplurimis in locis mutarit, nõnulla resecuerit, quædam alio ordine locarit, cum ex parte hoc se iure potuisse facere exemplo veterum castigatorum, qui hanc sibi facultatem permiserunt, confirmat. Verum præter hanc nimiam libertatem mutandi verborum & ordinis, quo planè factum est, vt eadem

autoris

autoris ſententia in verbis & ordine non maneat (vt facilè comparatione facta conſtabit) quaſdam ſententiarum particulas de ſuo inſerit, & ſacra ſcripturarum teſtimonia, quæ retinet, non omnia iiſdem verbis, quibus reperit, reponit: ſed ex his quædam locat deſumpta e ſcripturarum lectione, quam vulgò (ſed falſò) veterem dicimus, quam temporibus Gildæ in eccleſia non extitiſſe publico vſu receptam per omnes ſcripturarum libros, certum quidem erit lectori quingentis locis in hoc tã exiguo libello in medium prolatis, quæ paucis quidem verbis cum vulgata lectione conueniunt. Hæc cum animaduerterem, & dolerem tanti preſbyteri, tam antiqui, etiam gentilis noſtri, imo priſcorum Britonum gentilis tam vtile & fructuoſum monumentum, quod Chriſtianis gentibus omnibus ſeculis ſalutaris admonitio eſſe poteſt, qua vindictam di-

uinam caueant exemplo calamitoſorum Britonum, qui dei ſpreta religione, contempta obedientia, ſuis peccatis & impijs affectibus inſeruiendo, patriam amiſerunt, adeo mẽdoſé in manibus hominum verſari, nihil mihi potius fuit, quam vt denuò emitterem, vel maximé quód autoritate tua, penes quem eſt mihi imperandi poteſtas, ad hoc ipſum animatus fuerim. Itaq; cognoſcant lectores illis nunc exhiberi Gildam ita caſtigatum mendis ſublatis, vt non ſolum verba, ſed & integras plané ſententias, atque adeo integra folia ſuis locis reſtituerim. Atqui hoc totum feci autoritate tantum veterum exemplariorũ adiutus, nequaquam mihi libertatem permittens, ex ingenio vt quicquam mutem de ordine, vel auferam de verbis et ſẽtentijs. Hæc de operis caſtigatione: ſed iam ad ipſum autorẽ veniamus. Is ex Britannis parentibus ortus

anto

ante mille annos claruit celebris suæ gentis vel Presbyter, vel Episcopus (nam hos frequenter hîc suos vocat) et illi veteri Scotorum atq; Pictorum doctori Columbano æqualem, ac potius paulò antiquiorem putem. Tradit enim Beda Columbanum de Hybernia venisse in Britanniã verbum Dei prouincijs septentrionaliũ Pictorum prædicaturum anno incarnationis dominicæ quingẽtesimo sexagesimo quinto, regnante apud illos Bridio filio Meilochon rege potentissimo, et tum fuisse natum annos quinq; et quadraginta. At Gildas ium egit annum ætatis suæ sexagesimum tertium. Quod ita constat: Natus est (vt sibi ipsi dat testimonium) anno, quo Britanni secundo prælio dimicabant cum Saxonibus ad Badonicum montem. Hic annus erat (ipso etiã teste) quadragesimus quartus a primo Saxonum aduentu, scilicet humanæ salutis nonagesimus

quartus ſupra quadringẽteſimũ. Nõ itaq; verum eſt quod perhibet Polydorus, floruiſſe Gildam ſub Pelagio pontifice Romano, qui factus põtifex anno Meſſiæ quingenteſimo octogeſimo ſecundo, obyt pontifex anno quingenteſimo nonageſimo primo. Verum quacunq; ætate vel vbicunq; vixerit, certè conſtat fuiſſe illum inſignem inter Britones doctorem, a deo illis datum, cui non immeritò aſcribitur nomen ſapientis (Gildas enim ſapiens cognominatur) qui non periculoſè vanis commendationibus palpet genti ſuæ, ſicuti nimium hoc eſt in more hiſtoricorum omnium, maximè cũ rerum geſtarum in ſua gente publici præcones eſſe velint, & ea quæ incolis potius quam deo grata annotare curent: ſed ſalubriter per omnia tempora diſcurrens tam præterita quam ſua, prodit impietatem, iniuſtitiam, periuria, adulteria, homicidia, perfidiam, ſcelera ſuæ gentis,

tis, quo præsentes ad sanitatem reuocet, et deo ac Christo ex vera pœnitentia reconciliet. In quo non modo plebi, sed ne ipsis quidem iudicibus, principibus, regibus, imo nec presbyteris & episcopis parcit. Multus quidem est in citandis scripturarum testimonijs, quasi his solis (postpositis hominibus) contentus, vt hic vnus exemplo nobis esse possit illius quod extat apud Bedam de Britonum et Scotorum doctoribus, maximè Columbano (de quo iam mentio facta est) & eius discipulis. De Columbani (inquit) vita & verbis nonnulla a discipulis eius feruntur scripta haberi. Verum qualiscunq; fuerit ille, nos hoc de illo certum habemus, quod reliquit successores magna continentia, ac diuino amore, regulariq; instituto insignes, in tempore quidem summæ festiuitatis dubios circulos sequentes, vtpotè quibus longe vltra orbem positis

nemo

nemo Synodalia paſchalis obſeruantiæ decreta porrexerat,* tantum ea, quæ in propheticis, euangelicis, et apoſtolicis libris diſcere poterant pietatis & caſtitatis opera diligenter obſeruantes. Hac ſancta quidem religione hunc fuiſſe de quo loquimur ſapientem vt ea tantum eſſent illi curæ, quæ in ſacris literis a deo præſcribuntur, nemo homo inficiabitur, qui ſemel illum perlegerit, & mihi ſanè videtur vniuerſum ſcripturæ corpus memoria complexus eſſe. Eſt tamen autor, quod ſolum in eo deploramus, paulò intellectu obſcurior ob confuſam verborum, quæ perſæpe a ſuo loco malè transferuntur, ſtructuram, ob prolixas, quæ penè vbiq; occurrunt legenti, periodos: in quibus ſingulis non prius ſe reſpirare patitur, quàm permulta, quæ vel ex abundanti ingenio, vel ſolicita cogitatione ſe illi offerant, vno verborum circuitu definiat ac terminet.

*Doctores Chriſtianorum Scotorum, et Britonum ea tãtum ſeruabãt ante Auguſtinũ monachum, quæ deus in ſcripturis præcepit.

Quo

Quo igitur oratio aliquandó paulo prolixior aut per hyperbaton passim obscurata planior fieret, & verborum colligatio atq; connectio manifestior animaduerteretur tum clausulas rectè distingendas, tum complures sententiarum particulas veluti parentheses (quibus remotis semper manebit sensus integer) semicirculis includendas curauimus, annotationibus etiam alicubi ad illustrãda difficiliora loca vna cum numeris ad indicandas scripturas, tam eas ad quas autor persæpe alludit, quam quas ad verbum recitat, margini appositis. Quò etiam non lateat lectorem quid quouis in loco sit a Polydoro rescissum in sua editione, id omne in hac nostra semper includimus in huiusmodi notis [ ]. Quod si id excedat vnũ, duo, tria, aut plura folia (vt sæpe fit) visum est etiam de eo præmonere lectorem paucis verbis e regione loci in margine positis. Ve-

rum

rum quicquid ſit, quod ipſe præſtiti, quo iam ſecundò Gildas prodit in lucem & caſtigatius & plenius, ſupereſt (ampliſſime domine) vt id totum tibi acceptum referatur, quo imperante ipſe onus in me ſuſcepi: quin etiam procurante mihi et vetuſtos codices, & quandoq; id auxilij, quo facilius inter ſe codices conferrem, factum vt mihi labor minus cum moleſtia fuerit.

Chriſtus te ſibi & eccleſiæ ſuæ diu conſeruet.

Tui ſtudioſus cliens et ſeruus *Ioan. Ioſſelinus.*

Who so kindreth the lordes will
and
doth it not shalbe beaten w many strypes
Luke. xii

nunquam bella bonis: nunquam certamina [illegible]
et cum quo certet: mens pia, semper habet
Semper vera fides inter certamina crescit
et victrix palmae premia vera capit.
At non certanti, non est sperada corona

2 timot. 2. non coronabitur aliquis: nisi legitime
certaverit
2. cor. 4: habemus thesaurum hunc in testaceis
vasculis: ut virtutis eminentia sit dei:
et non ex nobis, dum in omnibus premimur, at non
anxij reddimur: laboramus, at non destituimur
persecutionem patimur, at in ea non deremimur
deijcimur, at non perimus / hoc gladio et
clypeo pugnamus adversus diaboli et mundi infidi
et sic armati vincimus

Amicis sponsi committitur ecclesia. qui omnes zelotypi
sunt, quotquot fideliter domino serviunt: ut sunt prophetae
doctores: quotquot fideliter serviunt domino

hic titulus omnes dei servos vehementer pungit ac
percellit: quid Christo carius aut pretiosius vivere
sicut homini nihil carius uxore,
vir recti animi: omnes thesauros ei posthabebit
et facilius alicui omnia sua committet, quam uxorem
quanta est nequitia et ignavia ecclesiam prodere
quisquis eius conservande studio non ardet, nulla
pretextu excusari potest / nulla enim possessio
vinea pretiosior: nulla plus ope et assidui labor

IN HAC Epiſtola quicquid deflendo potius quam declamãdo vili licet ſtylo, tamẽ benigno fuero proſecutus, ne quis me affectu cunctos ſpernãtis, omnibuſúe melioris (quippè qui commune bonorum diſpendium malorumq́; cumulum lachrymoſis quærelis defleam) ſed condolentis Patriæ incommoditatibus miſeriiſq́; eius ac remediis condelectantis edicturum putet: quia non tam fortiſſimorũ militum enunciare crucis belli pericula mihi ſtatutũ eſt, quàm deſidioſorũ. Silui (fateor) cum immẽſo cordis dolore (vt mihi renum ſcrutator teſtis eſt Dominus) ſpatio biluſtri temporis, vel eo amplius prætereuntis imperitia, ſicut & nunc vna cũ vilibus me meritis inhiben-

Attende hoc verbũ (Legebam) ſemper intelligendũ, vſque dũ peruenias ad ini-tiũ proximæ clauſulæ: Videbam. &c.

tibus, ne qualemcunq; admonitiunculam ſcriberem. Legebam nihilominus admirandũ legiſlatorẽ ob vnius verbi dubitationem, terram *deſiderabilẽ non introijſſe: filios Sacerdotis *alienum admouendo altari ignem citò exitu perijſſe: populũ verborum Dei præuaricatorẽ *ſexcentorum milium (duobus exceptis veracibus) & quidem Deo chariſſimũ (quippè cui iter leuiſſimè ſtratũ *profundi glarea maris rubri, cibus *cæleſtis panis, pot⁹ nouus *ex rupe viator, aciesinuicta *manuum ſola intenſa erectio fuerit) *beſtiis, *ferro, *igni per Arabię deſerta ſparſim cecidiſſe: poſt ingreſſum ignotæ acſi *Iordanis portæ, *vrbiſq; aduerſa mœnia ſolis tubarũ clangoribus iuſſu Dei ſubruta: *palliolũ auriq; parum de anathemate preſumptum multos ſtra-

*Num.20.12.

*Leuit.10.1.

*Num.14.28. & 26.65.31. 32.10.

*Exo.14.22.

*Exo.16.14.

*Exo.17.6. & Num.20.8.

*Exod.17.11.

*Nume.21.6.

*Num.14.45. & Deut.1.44.

*Num.11.1. & 16.35.

*Ioſ.3.16.

*Ioſ.6.20.

*Ioſ.7.21. & 24.

uiſſe,

uisse: * Gabaonitarum irritum fœdus (calliditate licet extortum) nonnullis intulisse exitiũ: ob peccata hominum querulas sanctorum Prophetarũ voces, & maximè Ieremiæ ruinam ciuitatis suæ *quadruplici plangentis alphabeto. Videbamq́; etiam nostro tempore, vt ille defleuerat: * *Solam sedisse vrbem viduã, antea populis plenam, gentium dominam, Principem prouinciarum sub tributo fuisse factã* (id est Ecclesiam) **obscuratũ aurum, coloremq́ optimum mutatum* (quod est verbi Dei splẽdorem) **Filios Sion* (id est, sanctę matris Ecclesiæ) *inclytos & amictos auro primo*, amplexatos fuisse stercora. Et quod illi intollerabiliter vtpote præcipuo, mihi quoque licet abiecto vtcunque ad cumulum doloris crescebat, dum ita eosdem statu prospero viuentes egregios luxerat vt di-

*2 Samu. 21. 1.

* hoc est, quatuor lamentationibus, quarũ singulæ literarum serie in hebraico alphabeto sunt scriptæ.

*Thren. 1. 1.

*Thren. 4. 1.

*Thren. 4. 2.

*Thren.4.7. ceret: *Cãdiores Nazaræi eius niue, rubicundiores ebore antiquo, Sapphiro pulchriores. Ista ego & multa alia veluti ſpeculũ quoddam vitæ noſtræ in Scripturis veteribus intuens conuertebar etiam ad nouas, & ibi legebam clarius, quę mihi forſitan antea obſcura fuerãt ceſſante vmbra ac veritate firmius illuceſcente. Legebam (inquam) Dominum dixiſſe: *Non veni niſi ad oues perditas domus Iſraël. Et è contrario: *Filij autẽ regni huius eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Et iterum: *Non eſt bonũ tollere panem filiorũ, & mittere canibus. Itemq; : *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ. Audiebam: *Multi ab Oriẽte & Occidente venient & recumbent cũ Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorũ. Et è diuerſo: *Et tunc dicam eis: Diſcite à me operarij iniquitatis. Legebã: *Beatæ ſteriles, &

* Matt.15.24.
* Matt.8.12.
*Matt.15.26. Marc.7.27.
* Matt23.13.
* Matt.8.11.
* Matt.7.23. Luc.13.27.
* Luc.23.29.

& vbera quæ non lactauerunt. Et e cõtrario:* *Quæ paratæ erant, introuerunt cum eo ad nuptias: postea venerunt & reliquæ virgines dicentes: Domine, Domine aperi nobis.* Quibus responsum fuerat: *Nõ noui vos.* Audiebam sanè:* *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit condemnabitur.* Legebã Apostoli voce * Oleastri ramũ bonę oliuæ insertum fuisse: sed à societate radicis pinguedinis eiusdem, si non timuisset sed alta saperet, excidendum. Sciebam misericordiam Domini, sed & iudicium timebam. Laudabam gratiam, sed redditionem vnicuiq; secundum opera sua verebar. Oues vnius ouilis dissimiles cernens, meritò beatissimum dicebã Petrum ob Christi integram confessionem, at Iudam infœlisissimũ, propter cupiditatis amorẽ: Stephanum

* Matt. 25. 10.

* Mar. 16. 16.

* Rom. 11. 1

glorioſum ob martyrij palmã, ſed Nicolaum miſerũ propter immundæ hæreſios notam. Legebam certè: *Act.4.32. *Erãt illis omnia cõmunia* : ſed & quod dictum eſt: *Act.5.9. **Quare cõuenit vobis tentare ſpiritum Dei?* Videbam è regione quantũ ſecuritatis hominibus noſtri temporis, acſi non eſſet quod timeretur, increuerat. Hęc igitur & multo plura, quæ breuitatis cauſa omittẽda decreuimus, cum qualicunq; cordis cõpunctione attonita mente ſæpius voluens: ſi inquã peculiari ex omnibus nationibus populo, ſemini regali, gentiq; *Exod.4.22. ſanctæ (ad quam dixerat: **Primogenitus meus Iſraël*) eiuſq; Sacerdotibus, Prophetis, Regib⁹ per tot ſecula, Apoſtolo miniſtro, membriſq; illius primitiuæ Eccleſiæ Dominus non peperſit cùm à recto tramite deuiarint: quid tali huius atramen-

mento ætatis facturus eſt, cui præter illa nephanda immaniaque peccata, quæ communiter cum omnibus mundi ſceleratis agit, accidit etiam illud veluti ingenitũ quid & indelebile inſipientię pondus & leuitatis ineluctabile. Quid? (mihimet aióne miſer) *tibi veluti cõſpicuo ac ſummo doctori talis cura committitur vt obſtes ictibus tam violenti torrentis, & contra hunc inolidorum ſcelerum funem per tot annorum ſpatia interruptè lateque protractum ſerues depoſitum tibi creditum? Et: Taceas, alioquin hoc eſt* dixiſſe pedi. Speculare, & *manu fatere. Habet Britannia *rectores, habet *ſpeculatores. Quid tu nugando mutire diſponis? Habet (inquam) habet, ſi non vltrà, non citra numerum. Sed quia inclinati tanto pondere ſunt preſſi, id-

Hæc inducit ex perſona eorum quos corripit.

* dixiſſe pedi. i. fruſtra dixiſſe.

*manu fateri prouerbialis oratio, vt mãnu docere. i. aperte & perſpicue docere.

*Rectores. i. Reges, Principes, & Iudices.

* Speculatores. i. Epiſcopos & Presbyteros. Nã contra hos ſcribit ſequentem hanc epiſtolã increpationum plenam

circo ſpatium reſpirandi non habent. Præoccubabant igitur ſe mutuò talibus obiectionibus, vel multo his mordatioribus, veluti condebitores ſenſus mei. Hi non paruo (vt dixi) tẽpore (*cùm legerim tempus eſſe loquendi & tacendi) & in quadam acſi anguſta timoris porticu luctabãtur. Obtinuit, vicitq; tandem aliquãdo Creditor: Si non es inquiens talis audaciæ, vt inter veridicas rationalis ſecundæ à nuntijs deriuationis creaturas non pertimeſcas libertatis aureę decenti nota inuri, affectum ſaltem intelligibilis aſinæ eatenus elinguis non refugito ſpiritu DEI afflatæ; nolentis ſe vehiculum fore tiarati magi deuoturi populum Dei, quæ in anguſto maceriæ vinearum reſolutum eius attriuit pedem, ob id licet verbera hoſtiliter ſenſerit, cuiq;

Cõdebitores, i. participes ſenſus mei.

*Eccleſ.3.7.

Creditor. i. Deus.

ſ. hominum, qui proximi Angelis Dei ſunt nuntii.

Hiſtoria Baalam & eius Aſinæ. Num.22.23.

Ange-

Angelum cœleſtem enſem vacuum vagina habentem, atque contrarium (quem ille cruda ſtoliditate cæcatus nō viderat) digito quodammodo, quanquam ingrato ac furibundo & innoxia eius latera contra ius faſque cædenti demonſtrauit. In zelo igitur domus Domini, ſacræ legis, ſeu cogitatuum rationibus, vel fratrum religioſis precibus conatus nunc perſoluo debitum multo tempore antea exactum, vile quidē, ſed fidele (vt puto) & amicale quibuſque egregijs Chriſti tyronibus, grauè verò & importabile apoſtatis inſipientibus. Quorū priores (ni fallor) cum lachrymis fortè quæ ex DEI charitate profluunt, alij cum triſtitia (ſed quæ de indignatione & puſillanimitate deprehenſæ cōſcientiæ extorquetur) illud excipient*. Sed ante pro-

* A principio ſequētis libri ſuccincte prosequitur Gildas hæc capita numero. 26. eo ordine quo hic ſimul enumerat, antequam ingrediatur principalē cauſam.

missum Deo volēte pauca. 1. de situ. 2. de contumatia. 3. de subiectione. 4. de rebellione. 5. Itē de subiectione ac diro famulatu. 6. de religione. 7. de persecutione. 8. de Sanctis Martyribus. 9. de diuersis hæresibus. 10. de tyrannis. 11. de duabus gentibus vastatricibus. 12. de defensione. 13. itemque vastatione, 14. de secunda vltione. 15. tertiaque vastatione. 16. de fame. 17. de epistolis ad Agitium. 18. de victoria. 19. de sceleribus. 20. de nuntiatis subito hostibus. 21. de famosa peste. 22. de consilio. 23. de sæuiore multo primis hoste. 24. de vrbium subuersione. 25. de reliquijs. 26. de postrema patrię victoria, quę temporibus nostris Dei nutu donata est, dicere conamur.

Bri-

BRitannia insula in extremo ferme orbis limite circium occidẽtemque versus diuina (vt dicitur) statera terræ totius ponderatrice librata: ab Africo boriali propensius tensa axi octingentorum in longo miliũm, ducentorum in lato spacium (exceptis diuersorum prolixioribus promontorium tractibus, quæ arcuatis oceani finibus ambiuutur) tenens: cuius diffusiore & (vt ita dicam) intransmeabili vndiq; circulo absque meridianæ freto plagæ (quo ad Galliam Belgicam nauigatur) vallata duorum ostijs nobilium fluminum Thamesis ac sabrinæ veluti brachiis (per quæ eidem olim transmarinæ delitiæ ratibus vehebantur) aliorumque minorũ meliorata: bis denis, bisque quaternis ciuitatibus, ac nonnullis Castellis,

1. *De situ Insulæ.*

Sẽper ad participia huius clausulæ intelige verbum (est) .s. est librata, est tẽsa, est vallata, est meliorata, est decorata, est ornata, est irrigua.

In hac descriptione Britãniæ Beda ex parte sequitur Gildam.

lis,murorum,turrium ſerratarum,portarũ,domorum (quarũ culmina minaci proceritate porrecta in edito forti compage pangebantur) munitionibus non improbabiliter inſtructis decorata : campis late panſis, collibuſq; amœnò ſitu locatis præpollenti culturę aptis, montibus alternandis animalium paſtibus maximè conuenientibus(quorum diuerſorum colorum flores humanis greſſibus pulſati,non indecentem ſeu picturã eiſdem imprimebat) electa veluti ſpõſa monilibus diuerſis ornata: fontibus lucidis, crebris vndis niucas veluti glareas pellẽtibus, pernitidiſq; riuis leni murmure ſerpentibus, ipſorumq; in ripis accubantibus ſuauis ſaporis pignus prętẽdentibus,& lacubus frigidum aquę torrentem viuę exundãtibus irrigua.

2. Hęc

2. Hęc erecta ceruice & mẽte ex quo inhabitata eſt, nunc Deo, interdum ciuibus, nonnunquã etiam tranſmarinis Regibus & ſubiectis ingrata conſurgit. Quid enim deformius, quidq; iniquius poteſt humanis auſibus vel eſſe, vel intromitti negotium, quàm Deo timorem, bonis ciuibus charitatem, in altiore dignitate poſitis abſq; fidei detrimento debitum denegare honorẽ, & frangere diuino ſenſui humanoq; fidem, & abiecto cœli terræq; metu proprijs adinuentionibus aliquem & libidinibus regi? Igitur omittens priſcos illos communeſq; cum omnibus gentibus errores, quibus ante aduentum Chriſti in carne omne humanum genus obligabatur adſtrictum, nec enumerans patriæ portẽta, ipſa diabolica penẽ numero Ægyptiaca vincen-

2. De eõtumacia gentis.

tia

tia (quorũ nonnulla lineamentis adhuc deformibus intra vel extra deserta mœnia solito more rigentia toruis vultibus intuemur) neque nominatim inclamitans mõtes ipsos aut colles, vel fluuios olim exitiales (nunc verò humanis vsibus vtiles) quibus diuinus honor à cæco tunc populo cumulabatur: & tacens vetustos immanium tyrannorum annos, qui in alijs longè positis regionibus vulgati sunt (ita vt Porphyrius rabidus oriẽtalis aduersus Ecclesiam canis dementiæ suæ ac vanitatis stylo hoc etiã adnecteret: *Britannia*, inquiens, *fertilis Prouincia tyrannorum*) illa tantum proferre conabor in medium, quæ temporibus Imperatorum Romanorũ & passa est, & alijs intulit ciuibus, & longè positis mala: quantum tamen potuero, nõ tam ex scriptis

Quæ fuerit antiquorum Britonum religio ante aduentum Christi in gentili deorũ cultu, memoratur a Iulio Cæsare, sed maxime a Diodoro Siculo lib. 5. Cap. 9.

ptis patrię, ſcriptorúmue monumẽtis (quippè quæ vel ſi qua fuerint, aũt ignibus hoſtiũ exuſta, aut ciuium exulum claſſe longius deportata nõ comparcant) quam tranſmarina relatione quæ crebris irrupta intercapedinibus nõ ſatis claret.

3. Etenim reges Roman. cùm orbis imperium obtinuiſſent, ſubiugatiſq; finitimis quibuſq; regionibus vel inſulis orientẽ verſus primã Parthorum pacẽ Indorum confinium (qua peracta in omni penè terra tum ceſſauere bella) potioris famæ viribus firmaſſent, nõ *acies flãmæ quodammodo rigidi tenoris ad occidẽtem cæruleo Oceani torrente potuit vel cohiberi, vel extingui: ſed trãsfretans inſulæ parendi leges nullo obſiſtente aduexit, imbellemque populum ſed infidelem, nõ tam *ferro, igni, machinis (vt alias gen-

3. De gentis ſubiectione.

**acies flãmæ metaphora, pro potentia romana, quæ non potuit Oceano reprimi, quin inuaderet inſulã.*

**Vide Suetonium in Claudio. Cap. 17. & Oroſium lib. 7. Cap. 6.*

gẽtes) quàm ſolis minis vel iudiciorum concuſſionibus in ſuperficie tantum vultus (preſſo in altũ cordis dolore) ſui obedientiam proferentem edictis ſubiugauit. 4. Quibus ſtatim Romam ob inopiã (vt agebãt) *ceſpitis repedantibus, & nihil derebellione ſuſpicantibus rectores ſibi relictos ad enũtianda plenius vel cõfirmanda Romani regni molimina *Leæna trucidauit doloſa. Quibus ita geſtis cum talia Senatui nuntiarentur, & propero exercitu vulpeculas (vt fingebat) ſubdolas vlciſci feſtinaret: non militaris in mari claſſis parata fortiter dimicare pro patria, neq; quadratum agmen, neque dextrum cornu, alijue belli apparatus in littore conſeruntur, ſed terga pro ſcuto fugantibus dantur, & colla gladijs (gelido per oſſa tremore currente) manus-

4. *De rebellione.*

*Britãnia inopem ceſpitẽ vocat, quod expers erat vini & olei: Nam abſque his Romani non agebant, vt paulo poſt manifeſtius patet.

*Hæc virilis fœmina Bunuica ſiue voadicia nomine apud Dionem Caſſiũ. 80000 Romanorum: 70000. apud Tacitum, regnante Nerone, dicitur interemiſſe.

nusq; vinciendæ muliebriter protẽduntur: ita vt in prouerbium & derisum longè lateque efferretur, quod non Britanni sunt in bello fortes, nec in pace fideles. 5. Itaq; multis Romani perfidorum cæsis, nonnullis ad seruitutem (ne terra penitus in solitudinem redigeretur) *mãcipalibus reseruatis patria vini oleiq; experte Italiam petunt suorũ quosdam relinquentes prępositos indigenarũ dorsis mastigias, ceruicibus iugũ, *solo nomen Romanæ seruitutis hærere facturos, ac non tam militari manu quàm flagris callidam gentem maceraturos, & si res sic postulauisset, ensem (vt dicitur) vagina vacuum lateri eius accommodaturos, ita vt non Britannia, sed Romania censeretur, & quicquid habere potuisset æris, argenti, vel auri imagine Cæsaris notaretur.

5. *De secunda gentis subiectione.*

*Mancipalibus, id est mancipibus.

*scilicet pro solo Britonum vt dicatur: solum Romanorum.

6. Polydorus commutando huius ſententiæ verba, & verborum ordinem mutauit & ſenſum. Eſt ſane loquo perſpicuus quo iam oſtenditur Britãnos ab ipſo ortu Euangelij Chriſtianam ſuſcepiſſe fidem, de quo nihil extat apud Bedã, qui tamẽ alias ad verbum ſolet exprimere Gildam.

6. Interea glaciali frigore rigenti inſulæ, & velut longiore terrarum ſeceſſu ſoli viſibili nõ proximæ verus ille non de firmamento ſolum temporali, ſed de ſumma etiam cœlorum arce tempora cuncta excedente, vniuerſo orbi prẹfulgidum ſui coruſcum oſtendens tempore (vt ſcimus) ſummo Tiberij Cẹſaris (quo abſque vllo impedimento eius propagabatur religio comminata Senatu nolẽte à * principe morte dilatoribus militum eiuſdem) rãdios ſuos primum indulget (id eſt) ſua prẹcepta Chriſtus. 7. Quẹ licet ab incolis tepidè ſuſcepta sũt, apud quoſdam tamen integrè, & alios minus vſq; ad perſecutionem Diocletiani tyrãni* nouennem: in qua ſubuerſẹ per totum mundum ſunt Eccleſiẹ, & cunctæ ſacræ ſcripturæ, quæ inueniri potuerunt in plateis

7. *De perſecutione.*

ex-

iuſtæ,& electi Sacerdotes gregis Domini cum innocentibus ouibus trucidati : ita vt ne vestigium quidem (si fieri potuisset) in nonnullis prouinciæ locis Christianæ religionis appareret, permansêre. Tunc quãtæ fugæ, quantæ strages, quantæ diuersarum mortium pœnæ, quantę apostatarũ ruinę, quantæ glorioſorum martyrum coronæ, quanti persecutorum rabidi furores, quantæ è contrario Sanctorum patientię fuere, ecclesiastica historia narrat: ita vt agmine denso certatim (relictis post tergum mundialib⁹ tenebris) ad amœna cœlorum regna, quasi ad propriã sedem, tota festinaret Ecclesia. 8. Magnificauit igitur misericordiã suam nobiscum Deus, volens omnes homines saluos fieri, & vocans non minus peccatores, quàm eos q̃ se putãt iustos, qui

8. *De sanctis Britonum martyribus.*

gratuito munere ſupradicto(vt conijcimus) perſecutionis tẽpore,ne penitus craſſa atrę noctis caligine Britãnia obfuſcaretur, clariſſimos lãpades Sanctorum martyrum nobis accẽdit, quorum nunc corporũ ſepulturæ, & paſſionum loca, ſi nõ lugubri diuortio barbarorum quamplurima ob ſcelera noſtra ciuibus adimerentur, non minimum intuentiũ mentibus ardorem diuinæ charitatis incuterent. Sanctum Albanum Verolamienſem,Aaron & Iulium legionum vrbis Ciues, cæteroſq; vtriuſq; ſexus diuerſis in locis ſumma magnanimitate in acie Chriſti perſtantes dico. Quorum prior poſtquam charitatis gratia confeſſorem perſecutoribus inſectatum, & iam iamq; comprehendendum (imitans & in hoc Chriſtum animam pro ouibus po-

De Albani & ſociorum eius martyrio.

ponentem) domo primum, ac mutatis dein mutuo veſtibus occuluit & ſe diſcrimini in fratris ſupradicti veſtimentis libenter perſequendū dedit: ita Deo inter ſacram cōfeſſionem cruoremq́; coram impijs Romana tum ſtigmata cum horribili phantaſia præferentibus placens ſignorū miraculis mirabiliter adornatus eſt, vt oratione feruenti illi Iſraeliticæ arenti vię minuſq́; tritę (*ſtante diu arca prope glareas teſtamenti in medio Iordanis canali) ſimile iter ignotum trans Thameſis nobilis fluuij alueū cum mille viris ſicco ingrediens pede, ſuſpenſis vtrinq; modo pręruptorū fluuialib⁹ montium gurgitib⁹ aperiret, & priorem carnificē tanta prodigia videntē in agnum ex lupo mutaret, & vna ſecum triumphalem martyrij palmam ſitire ve-

*Ioſ.3.17.

hementius, & excipere fortius faceret. Cæteri verò ſic diuerſis cruciatibus torti ſunt, & inaudita membrorum diſcerptione lacerati, vt abſque cunctamine glorioſi in egregijs Hieruſalem veluti portis, martyrij ſui trophæa defigerent. Nam qui ſuperfuerant ſyluis ac deſertis abditiſq; ſpeluncis ſe occultauêre expectantes à iuſto rectore omnium DEo carnificibus ſeuera quandoq; iudicia, ſibi vero animarum tutamina. Igitur biluſtro ſupradicti turbinis nec dum ad integrũ expleto, emarceſcẽtibuſq; nece ſuorum autorum nefarijs decretis lætis luminibus omnes Chriſti tyrones quaſi poſt hyemalem ac prolixam noctem temperiem lucemq; ſerenã auræ cœleſtis excipiunt, * renouant Eccleſias ad ſolum vſque deſtructas, baſilicas Sanctorum mar-

Lege Bedam. cap. 8. lib. 1.

* vide Bedã cap. 8. lib. 1. vbi habet hæc Gildæ verba parum immutans.

ty-

tyrum fundant, conſtruunt, perficiunt, ac velut victricia ſigna paſſim propalant, dies feſtos celebrant, ſacra mundo corde oreq; conficiunt, omnes exultãt filij gremio acſi matris eccleſię cõfoti. 9. Manſit namq; hæc Chriſti capitis membrorũ conſonantia ſuauis, donec Arriana perfidia atrox ſeu anguis trãſmarina nobis euomens venena fratres in vnum habitãtes exitiabiliter faceret ſeiungi, ac ſic quaſi via facta trans oceanum omnes omnino beſtiæ feræ mortiferum cuiuſlibet hęreſios virus horrido ore vibrãtes letalia dentium vulnera patriæ noui ſemper aliquid audire volenti, & nihil certè ſtabiliter obtinenti infigebant.

9. De diuerſis hæreſibus.

Habet Eutropius hoc tempore Conſtãtinum in Britannia Imperatorem creatum fuiſſe.

10. Itemq; tandem tyrannorum virgultis creſcentibus, & in immanem ſyluam iam iamq; erumpentibns inſula nomen

10. De tyrannis.

Romanum, nec tamen morem legemq; tenens, quin potius abijciens germen suæ plantationis amarissimæ,* ad Gallias magna comitante satellitū caterua, insuper etiam imperatorijs insignibus (quæ nec decenter vsquam gessit) nō legitimè, sed ritu tyranniço & tumultuante initiatum milite maximū mittit. Qui callida primū arte potius quàm virtute finitimos quosq; pagos vel prouincias contra Romanum statum retia periurij mendacijq; sui facinoroso regno adnectēs, & vnam alarum ad Hispaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquissimi imperij apud Treueros statuens, tanta insania in dominos debacchatus est, vt duos Imperatores legitimos, vnū Roma, alium religiosissima vita pelleret. Neq; mora, tam feralibus vallatus auda-

* Hoc factum est circiter annum dominj 377.

Maximi tyrannidem nota.

audacijs apud Aquilegiam vrbem capite nefãdo cęditur, qui decorata totius orbis capita regni quodãmodo deiecerat.

*11. Exin Britannia omni armato milite, militaribus copijs, rectoribus (licet immanibus) ingenti iuuentute spoliata (quæ comitata vestigijs supradicti tyranni domum nusquam vltra redijt) & omnis belli vsu penitus ignara duabus primum gentibus transmarinis vehemẽter sæuis scotorum àCircio, Pictorum ab aquilone calcabilis multos stupet gemetq; annos. 12. Ob quarum infestationem ac diriſſimã depressionem legatos Romam cum epistolis mittit militarem manum ad se vindicandam lachrymosis postulationibus poscens, & subiectionem sui Romano imperio continuè tota animi virtute (si hostis longius

11. *De duabus gentibus vastatricibus.*

Multa quæ sequuntur ab hoc loco habet Beda ipsis Gildæ verbis cap. 12. lib. 1.

12. *De defentione.*

Britãni a Scotis Pictisq; infestati a Rom. auxilium petunt.

arceretur) vouens. Cui mox destinatur legio præteriti mali immemor sufficiēter armis instructa. Quæ ratibus trans Oceanum in patriam aduecta, & cominus cum grauibus hostibus congressa, magnamq; ex eis multitudinem sternens, & omnes è finibus depulit, & subiectos ciues tam atroci dilaceratione ex imminenti captiuitate liberauit. Quos iussit construere inter duo maria trans insulam murum, vt esset arcendis hostibns à turba instructus terrori ciuibusq; tutamini. Qui vulgo irrationabili absq; rectore factus non tam lapidibus quàm cespitibus nō ꝑfuit.

13. *Iterū de Vastatione.* 13. Illa domum cum triumpho magno & gaudio repedante illi priores ininici acsi ambrones lupi profunda fame rabidi siccis faucibus ouile transilientes non comparente pastore alis re-

remorũ remigumq; brachijs, ac velis vento iuuatis vecti terminos rumpunt, cędunt q; omnia, & quæq; obuia maturã seu segetem metunt, calcant, ttanseunt. 14. Itemq; mittuntur quęruli legati sciſſis) vt dicitur) vestibus, opertiſq; sablone capitibus impetrãtes à Romanis auxilia, ac veluti timidi pulli patrum fidiſſimis alis succumbentes ne penitus misera patria deleretur, nomenq; Romanorũ quod verbis tantum apud eos auribus resultabat, vel exterarum gentium opprobrio obrosum vilescceret. At illi quantum humanæ naturæ possibile est commoti tantæ hiſtoria tragœdiæ volatus ceu aquilarum, equitum in terra, nautarum in mari cursus accelerãtes inopinatos primum tandẽ terribiles inimicorum ceruicibus infigunt mucronum vngues,

14. *De secũda Gltsone.*

Sablone. i. terra, vel humo.

ex recente Scotorum Pictorumq; incursu Britanni secundo Rom. auxilia petunt.

gues, caſibuſq; foliorum tempore certo aſſimulandã ijſdem peragunt ſtragem, acſi montanus torrens crebris tempeſtatum riuulis auctus, ſonoroq; meatu alueos exũdans, *ac ſulcato dorſo fõteq; acra erectis, vt aiunt, ad nebulas vndis (luminum quibus pupilli perſępe licet palpebrarum cõuolatib⁹ innouati adiunctiſſimarum rotarum lineis fuſcantur) mirabiliter ſpumans, aſt vno obiectas ſibi euincit gurgite moles: ita æmulorum agmina auxiliares egregij (ſiqua tamen euadere potuerãt) prępropere trãs maria fugauerunt, quia anniuerſarias auidè prædas nullo obſiſtente trans maria exaggerabant. Igitur Romani patriæ denuntiantes nequaq̃ ſe tam laborioſis expeditionib⁹ poſſe frequentius vexari, & ob imbelles erraticosq; latrunculos Ro-

* Polydorus hic quædam omiſit.

Romani hortantur Britannos ad militiam colẽdam.

Romana stigmata tantum talemq́; exercitum terra ac mari fatigari: sed, vt potius sola cõsuescendo armis ac viriliter dimicando terram substantiolã, coniuges, liberos, & (quod his maius est) libertatem vitamq; totis viribus vindicaret, & gentibus nequaquã se fortioribus (nisi segnitia & torpore dissolueretur) inermes vinclis vinciẽdas nullo modo, sed instructas peltis, ensibus, hastis, & ad cædem promptas protenderet manus, suadentes (quia & hoc putabãt aliquid de relinquendo populo commodi accrescere) murum non vt alterũ sumptu publico priuatoq́; adiunctis secum miserabilibus indigenis solito structurę more tramite à mari vsq; ad mare inter vrbes, quę ibidem forte ob metum hostium collocatæ fuerãt, directo librant, fortia formido-

Galfridus pro stigmata habet stemmata, Polydorus ex coniecturã mutans habet signa.

doloso populo monita tradũt, exemplaria instituẽdorum armorum relinquunt. In littore quoq; Oceani ad meridianam plagam, quo naues eorum habebantur (quia & inde barbaricæ feræ bestiæ timebantur) turres per interualla ad prospectum maris collocant, & valedicunt tanquam vltrà non reuersuri. 15. Itaq; illis ad sua remeantibus emergunt certatim de curucis quibus sunt trans stytícam vallem euecti, quasi in alto Titane incalescenteq; caumate de arctissimis foraminum cauerniculis fusci vermiculorũ cunei tetri Scottorum Pictorumq; greges moribus ex parte dissidenres, & vna eademq; sanguinis fundendi auiditate concordes, furciferosq; magis vultus pilis, quam corporũ pudenda, pudẽdisq; proxima vestibus tegentes: cognitaq; con-

15. De tertia vastatione.

curuca. i. nauis, sic in vetustissimis manuscriptis libris, de interpretationibus verborum reperito explicatum.

de-

debitorum reuerſione, & reditus denegatione ſolito confidẽtiores omnem aquilonalem extremamq́; terræ partẽ ꝑ indigenis murotenus capeſſunt. Statuitur ad hæc in edito arcis acies ſegnis ad pugnam, inhabilis ad pugnam, trementibus præcordijs inepta, quæ diebus ac noctibus ſtupido ſedili marcebat. Interea non ceſſant vncinata nudorum tela quibus miſerimi ciues de muris tracti ſolo allidebantur. Hoc ſcilicet eis proficiebat immaturæ mortis ſupplicium, qui tali funere rapiebantur, quo fratrum pignorumq́; ſuorum miſerandas imminentes pœnas cito exitu deuitabant. Quid plura? Relictis ciuitatibus muroq́; celſo, iterum illis fugæ: iterum diſperſiones ſolito deſperabiliores. Item ab hoſte inſectationes: item ſtrages accelerantur cru-

crudeliores, & sicut agni à lanionibus ita defiendi ciues ab inimicis discerpuntur, vt commoratio eorum ferarum assimilaretur agrestium. 16. Nam & ipsos mutuo nec perexigui victus breui sustentaculo miserimorum ciuium latrocinando temperabant, & augebãtur externæ clades domesticis motibus, quòd huiusce modi tã crebris direptionibus vacuaretur omnis regio totius cibi * baculo, excepto venatorię artis solatio. 17. Igitur rursum miseræ mittentes epistolas reliquiæ ad Agitium Romanę potestatis virum (hoc modo loquentes: Agitio ter consuli gemitus Britannorum: Et post pauca querentes: Repellunt Barbari ad mare, repellit mare ad Barbaros. Inter hęc duo genera funerum aut iugulamur, aut mergimur) nec pro eis quicquã adiu-

16. *De fame.*

* Baculus cibi, more scripturæ pro sustentaculo vitæ, vt Ezech. 4. 16. Psal. 104. 16.

17. *De epistolis ad Agitium (quẽ Beda vocat Ætium) quæ missæ fuerunt Anno Chri. 446. & An. 23. Theodosij Iunioris teste Beda lib. 1. cap. 13.*

iutorij habent. * Interea famis dira ac famoſiſſima vagis ac nutabundis hæret, quę multos eorum cruentis compulit prædonibus ſine dilatione victas dare manus, vt pauxillū ad refocillandam animam cibi caperent, alios verò nunquam, quin potius de ipſis mōtibus, ſpelūcis, ac ſaltibus dumis cōfertis continuè rebellabant.

* Plutarchus hic ſequuntur reperies poſita ad verbum in Beda lib. 1. cap. 14.

18. Et tum primū inimicis per multos annos prędas in terra agentibus ſtrages dabant, non fidentes in homine, ſed in Deo, ſecundum illud Philonis. *Neceſſe eſt adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium.* Quieuit parumper inimicorum audatia, nec tamē noſtrorum malitia. Receſſerant hoſtes à ciuibus, nec ciues à ſuis ſceleribus.

18. *De Victoria.*

19. Moris namq; continui erat genti (ſicut & nunc eſt) vt infirma eſſet ad retundenda hoſtiū

19. *De ſceleribus.*

tela, & fortis eſſet ad ciuilia bella, & peccatorum onera ſuſtinenda: Infirma (inquam) ad exequēda pacis ac veritatis inſignia, & fortis ad ſcelera & mēdacia. Reuertuntur ergo impudētes graſſatores Hyberni domum poſt non longum temporis reuerſuri. Picti in extrema parte inſulę tunc primum & deinceps requieuerunt prædas & contritiones nonnunquam facientes. In talibus itaq; indutijs deſolato populo ſæua cicatrix obducitur famis alia virulentiore tacitè pullulāte. Quieſcente autem vaſtitate, tantis abundantiarum copijs inſula affluebat, vt nulla habere tales retro ætas meminiſſet, cū quib⁹ omnimodis & luxuria creſcit. Creuit etenim germine prępollenti, ita vt competenter eodem tempore diceretur: *Omnino talis auditur fornicatio, qualis*

1.Cor.5.1.

nec

nec inter gentes . Non ſolum vero hoc vitium, ſed & omnia quæ humanæ naturæ accidere ſolēt,& præcipuè (quod & nūc quoq; in ea totius boni euertit ſtatū) odium veritatis cum aſſertoribus , amorq́; mendatij cum ſuis fabricatoribus,ſuſceptio mali pro bono , veneratio nequitiæ pro benignitate , cupido tenebrarum pro ſole , exceptio Satanæ pro Angelo lucis. Vngebantur reges non per Deum, ſed qui cæteris crudeliores extarent: et paulo poſt ab vnctoribus nó pro veri examinatione trucidabantur alijs electis trucioribus . Si quis verò eorum mitior, & veritate aliquatenus propior videretur,in hunc quaſi Britanniæ ſubuerſorem omnium odia telaq́; ſine reſpectu contorquebantur , & omnia quę diſplicuerint deoq; placuerint æquali ſaltim lance

pendebantur, si non gratiora fuissent displicentia: ita vt meritò patrię illud propheticum, quod veteri illi populo denuntiatum est, potuerit aptari. *Filij* (inquiens) *sine lege dereliquistis Deum, & ad iracundiam prouocastis Sanctum Israel.* * *Quid adhuc percutiemini apponentes iniquitatem? Omne capud languidum, & omne cor mœrens, à planta vsque ad verticem, non est in eo sanitas*. Sicq; agebant cuncta, quæ saluti contraria fuerint, acsi nihil mundo medicina à vero omnium medico largiretur. Et non solum hæc seculares viri, sed & ipse grex Domini eiusq; pastores, qui exemplo esse omni plebi debuerint. Ebrietate quam plurimi quasi vino madidi torpebant resoluti, & animositatum tumore, iurgiorum contentione, inuidiæ capacibus vngulis, in-

* Esai. 1. 5.

indiſcreto boni maliq́; iudicio carpebantur: ita vt perſpicuè ſicut & nunc eſt, effundi videretur* *cõtemptio ſuper principes, ſeduci vanis eorum & errore in inuio & non in via.* 20. Interea volente Deo purgare familiam ſuam, & tanta malorum labe infectam auditu tantum tribulationis emendare, non ignoti rumoris penniger ceu volatus arrectas omnium penetrat aures, iamiamq; aduentus veterum hoſtium volentium penitus delere, & inhabitare ſolito more à fine vſq; ad terminum regionem. Nequaquam tamẽ ob hoc proficiunt, ſed comparati iumentis inſipientibus, ſtrictis (vt dicitur) morſibus rationis frenũ obfirmantes per latam diuerſorum vitiorum ad mortẽ procliue ducentem (relicto ſalutari licet arcto itinere) diſcurrebant viam. 21. Dum ergo (vt

*In Pſal. 106. 40. vulgaris æditio falſo habet contentio pro cotemptio Item pro ſeduci vanis eorum & errore, habet fecit eos errare.

20. *De nuntiatis ſubito hoſtibus.*

21. *De famoſa peſte.*

* Prou.29.19. Solomon ait) *Seruus durus non emendatur verbis, flagellatur stultus & non sentit*, Pestifera namq; lues feraliter insipiēti populo incumbit, quę in breui tantā eius multitudinem remoto mucrone sternit, quantamne possent viui humare. Sed ne hac quidē emendatur vt illud Esaiæ Prophetæ in eo quoq; impleretur

Beda lib.1. cap.14.

* Esa.22.12. dicentis : * *Et vocauit Deus ad planctum & ad caluitium, & ad cingulum sacci: ecce vitulos occidere & ingulare arietes, ecce manducare & bibere & dicere: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*. Appropinquabat siquidē tempus, quo eius iniquitates, vt olim Amorrēorum, complerentur. 22. Initur namq; consilium quid optimum, quidue saluberrimum ad refellendas tam ferales & tam crebras supradictarum gentium irruptiones prędasq; decerni deberet.

22. *De consilio.*

23. Tum

23. Tum omnes consiliarij vno cum superbo tyranno cæcantur adinuenientes tale pręsidium imò excidium patriæ, vt ferociſſimi illi nefandi nominis Saxones Deo hominibuſq; inuiſi quaſi in caulas lupi in inſulam ad retundendas aquilonales gentes intromitterentur. Quo vtiq; nihil ei vſquam pernicioſius, nihilq; amarius factũ eſt. O altiſſimam ſenſus caliginem, ô deſperabilé crudamq; mentis hebetudinẽ. Quos propẽſius morte cùm abeſſent tremebant, ſponte (vt ita dicam) ſub vnius tecti culmine inuitabant ſtulti Principes (vt dictum eſt) Taneos dantes Pharaoni cõſilium inſipiens. Tum erumpens grex catulorũ de cubili leænæ barbariæ tribus (vt lingua eius exprimitur) Cyulis noſtra longis nauibus, ſecundis velis omine augurijſq; qui-

23. De ſauiore multo primis hoſtes. Anglozaxonico, cuius aduẽtus fuit Anno Chri. 449. Vide Bedã lib. 1. cap. 15

vaticiniū attende nō omnino quidē falsum, vt diligenter expendentes Angle-saxonum historias non fugiet.

bus vaticinabatur certo apud eum præſagio, quòd ter centū annis patriā, cui proras librabat, inſideret. centum verò. 50. hoc eſt dimidio temporis ſæpius vaſtaret. Euectus primum in Orientali parte inſulæ iubente infauſto tyranno terribiles infixit vngues, quaſi pro patria pugnaturus, ſed eā certius impugnatur⁹. Cui ſupradicta genetrix (cōperiens primo agmini fuiſſè proſperatū) item mittit ſatellitū canumq́; prolixorē cataſtam, quæ ratibus aduecta adunatur cum manipularibus ſpurijs. Inde germen iniquitatis, radix amaritudinis, virulēta plantatio noſtris condigna meritis in noſtro ceſpite ferocibus palmitibus pampiniſq́; pullulat. Igitur intromiſſi in inſulam barbari veluti militib⁹ & magna (vt mentiebantur) diſcrimina pro bonis hoſpitibus ſu-

Genetrix. i. Saxonia.

ſubituris impetrant ſibi annonas dari. Que multo tempore impertitæ clauſerunt (vt dicitur) canis faucē. Item quærūntur nō affluenter ſibi epimenia contribui occaſiones de induſtria colorantes, & ni profuſior eis munificentia cumularetur, teſtātur ſe cuncta inſulæ rupto fœdere depopulaturos. Nec mora, minas effectibus proſequuntur. 24. Confouebatur namq; vltionis iuſtę præcedentium ſcelerum cauſa de mari vſq; ad mare ignis Orientali ſacrilegorū manu exaggeratus, & finitimas quaſq; ciuitates agroſq; populans nō quieuit accenſus, donec cunctam penè exurens inſulæ ſuperficiem rubra occidentalem trucięq; Oceanum lingua delamberet. In hoc ergo impetu Aſſyrio olim in Iudam cōparando completur quoq; in nobis ſecundum

Epimenia vox græca pro qua Polydorus ponit annonas, ſed in Saxo. lib. de vocabulis interpretātur νεοττ. 1. nidos ſiue habitationes.

24. *De Grabium ſubuerſione.*

hiſtoriam, quod Propheta deplorans ait:* *Incẽderunt igni ſanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.* Et iterum:* *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam: coinquinauerunt templum ſanctum tuum, &c.* Ita vt cunctæ coloniæ crebris arietibus, omneſq; coloni cum præpoſitis Eccleſiæ, cum Sacerdotibus ac populo mucronibus vndiq; micantibus, ac flammis crepitantibus ſimul ſolo ſternerentur, & miſerabili viſu in medio platearum vna turrium ædito cardine auulſarum, murorumq; celſorũ ſaxa ſacra altaria cadauerum fruſtra cruſtis, ac ſigillantibus purpurei cruoris tecta velut in quodam horrendo torculari mixta viderentur, & nulla eſſet omnimodis præter domorũ ruinas, beſtiarum volucrumq; ventres in medio ſepultura, ſalua ſancta-

* Pſal. 73. 7.

* Pſal. 78. 1.

ctarum animarum reuerentia, ſi tamen multæ inuentæ ſint, quæ arduis cœli id temporis à ſanctis Angelis veherentur. Ita enim degenerauerat tunc vinea illa olim bona in amaritudinem, vti rarò ſecundum Prophetam videretur quaſi poſt tergum vindemiatorum aut meſſorum racemus vel ſpica.

25. Itaq; nonnulli miſerarum reliquiarum in montibus deprehenſi aceruatim iugulabantur: alij fame confecti accedentes manus hoſtibus dabant in æuum ſeruaturi, ſi tamen non continuò trucidarentur, quod altiſſimæ gratiæ ſtabat loco: alij tranſmarinas petebant regiones, cum vlulatu magno ſeu celeuſmatis vice hoc modo ſub velorum ſinibus cantantes: * *Dediſti nos tanquam oues eſcarũ, & in gentibus diſperſiſti nos*: alij montanis collibus, minacibus præ-

25. *De reliquijs.*

* Pſal. 43. 12.

præruptis vallatis, & denſiſſimis ſaltibus, mariniſq; rupibus vitã ſuſpecta ſemper mente credentes in patria licet trepidi perſtabant. Tempore igitur interueniente aliquanto cũ receſſiſſent domum crudeliſſimi prædones roboratæ DEO reliquiæ (quibus confugiunt vndiq; de diuerſis locis miſerrimi ciues tam auidè, quàm apes aluearij procella imminẽte) ſimul deprecãtes eum toto corde & (vt dicitur) innumeris onerantes æthera votis, ne ad internicionem vſq; delerentur, duce Ambroſio Aureliano viro modeſto, (qui ſolus fortè Romanæ gentis tantæ tempeſtatis colliſione occiſis in eadem parentibus purpura nimirum indutis ſuperfuerat, cuius nunc temporibº noſtris ſoboles magnopere auita bonitate degenerauit) vires capeſcunt victo-

res

res prouocantes ad prælium, queis victoria Domino annuente cessit. 26. Ex eo tempore nunc ciues, nunc hostes vincebant, vt in ista gente experiretur Dominus solito more præsentem Israelem, v trum diligat eum an non : vsq; annum obsessionis Badonici montis, nouissimæq; fermè de furciferis non minimæ stragis , quiq; * quadragesimus quartus (vt noui) orditur annus mense iam vno emenso, qui & meæ natiuitatis est . Sed ne nunc quidem vt antea ciuitates patriæ inhabitantur , sed desertæ dirutæq; hactenus squalent cessantibus licet externis bellis , sed non ciuilibus . Hæsit etenim tam desperati insulæ excidij , insperatiq; mentio auxilij memoriæ eorum, qui vtriusq; miraculi testes extitere : & ob hoc Reges, publici, priuati, Sacerdotes, ecclc-

Queis pro quibus.

26. De postrema patriæ victoria.

**.s. Aduentus Saxonum in Britanniam, annus quadragesimus quartus, vt Beda indicat cap. 16. lib. 1. fuit annus Christi 493.*

Jã venit Gildas ad homines sui tẽporis, quos in tota oratione sequenti partim suis verbis, partim prophetarum minis castigat.

clesiastici suum quiq; ordinem seruarunt. At illis decedentib⁹, cùm successisset ætas tempestatis illius nescia, & prę sentis tantũ serenitatis experta, ita cuncta veritatis ac iustitiæ moderamina concussa ac subuersa sunt, vt earum non dicam vestigium, sed ne monimentũ quidem in supradictis propemodum ordinibus appareat, exceptis paucis, & valde paucis, qui ob amissionem tantæ multitudinis, quæ quotidie prona ruit ad tartara, tam breuis numer⁹ habentur, vt eos quodãmodo venerabilis mater eccleſia in suo sinu recumbentes non videat, quos solos veros filios habet. Quorum ne quis me egregiam vitam omnibus admirabilem, Deoq; amabilem carpere putet, quibus nostra infirmitas in sacris orationibus, vt non penitus collabatur, quasi

Attende ecclesiæ matri non semper visibiles esse filios.

co-

columnis quibuſdã ac fulcris ſaluberrimis ſuſtentatur, ſiqua liberius de his imò lugubrius cumulo malorum compulſus, qui ſeruiunt non ſolum ventri, ſed diabolo potius quam Chriſto, qui eſt benedictus in ſecula Deus, non tam diſceptauero quam defleuero.

Quippè quid celabunt ciues, quod nõ ſolum norunt, ſed exprobrant iam in circuitu nationes? Reges habet Britannia ſed tyrannos, iudices habet ſed impios, ſępe prædantes & concutientes ſed innocentes, vindicantes & patrocinantes, ſed reos & latrones, quãplurimas *cõiuges habẽtes, ſed ſcortas & adulterãtes, crebrò iurãtes ſed periurantes, vouentes & continuò ꝓpemodũ mentiẽtes, belligerantes ſed ciuilia & iniuſta bella agentes, per patriam quidem fures magnoperè inſectantes,

Prima pars principalis cauſæ in qua aggreditur caſtigationẽ Regum & Iudicum.

* Nota Britãnos plures habere vxores, cuius etiam inſimulat ipſos Epiſcopos paulo ante finem epiſtolæ.

tes & eos qui secum ad mẽsam sedent non solum amãtes sed & munerantes, eleemosynas largiter dantes sed è regione immensum montem scelerum exaggerantes, in sede arbitraturi sedentes sed rarò recti iudicij regulam quærentes, innoxios humilesq; despicientes sãguinarios, superbos, parricidas, commanipulares & adulteros Dei inimicos si sors (vt dicitur) tulerit (qui cum ipso nomine certatim delẽdi erant) ad sydera, prout possunt, efferẽtes, vinctos plures in carcerib⁹ habentes quos dolo sui potius quam merito proterunt catenis onerantes: inter altaria iurando demorantes & hæc eadem acsi lutulenta paulò post saxa despicientes. Cuius tam nefandi piaculi non ignarus est immundæ leænæ Dannoniæ tyrannicus catulus Constantinus

Increpatio in Constãtinum.

tinus. Hoc anno poſt horribile iuramenti Sacramentum (quo ſe deuinxit nequaqam dolos ciuibus Deo primum iureq́; iurando, ſanctorum demum choris & genitrice comitantibus fretis facturum)in duarum venerandis matrũ ſinibus eccleſiæ carnaliſq́; ſub ſancti abbatis amphibalo latera regiorum tenerrima puerorum, vel præcordia crudeliter duum totidemq́; nutritorum(quorũ brachia nequaquã armis,quæ nullus penè hominum fortius hoc eis tempore tractabat ſed Deo altariq́; protenta in die iudicij ad tuæ ciuitatis portas Chriſte veneranda patientiæ ac fidei ſuæ vexilla ſuſpendent) inter ipſa (vt dixi) ſacroſancta altaria nefando enſe haſtaq́; prodentibus laceranit,ita vt ſacrificij cœleſtis ſedem purpurea acſi coagulati cruoris pallia at-

Polydorus veterum codicum lectionẽ mutauit, existimans Amphibalũ proprium eſſe nomen, verũ capitur pro veſte ex lana caprarum delicata tum in vſu apud abbates, alio nomine byrrum ſiue dubium vocabant.

tingerẽt, & hoc ne poſt laudan-
da quidem merita egit. Nam
multis ante annis crebris al-
ternatiſq; fœtoribus adulteri-
orũ victus, legitima vxore con-
tra Chriſti Magiſtriq; gentium
interdictum depulſa dicentiũ:
*Matth.19.6. Mar.10.9. * *Quod Deus coniunxit homo non*
*Epheſ.5.28. Coleſ.3.19. *ſeparet*. Et *Viri diligite vxores ve-*
ſtras. Amariſſimũ enim quoddã
de vitæ Sodomorum in cordis
ſui infructuoſa bono ſemini
gleba ſurculamen incredulita-
tis & inſipientiæ plantauerat,
quod vulgatis domeſticiſq; im-
pietatibus velut quibuſdã ve-
nenatis imbribus irrigatum, &
ad Dei offenſam auidius ſe eri-
gens parricidij ſacrilegijq; cri-
men produxit in medium, ſed
nec adhuc priorũ retibus ma-
lorum expeditus priſcis recen-
tia auget malis. Agè iam quaſi
preſentem arguo, quem adhuc
ſupereſſe non neſcio. Quid ſtu-

pes

pes animæ carnifex propriæ? Quid tibi flammas inferni voluntarie accendis nequaquam defecturas? Quid inimicorum vice proprijs te confodis sponte ensibus, hastis? Anne ipsa quidem virulenta scelerum ac si pocula pectus tuum satiare quiuerunt? Respice quæso, & veni ad Christum, siquidem laboras, & immenso pondere curuaris: & ipse te (vt dixit) requiescere faciet. Veni ad eum qui non vult *peccatoris mortem, sed vt conuertatur & viuat.* *Dissolue secundum Prophetã, *vincula colli tui fili Syon* *Redi (rogo) è lõginquis licet peccatorum recessibus ad pijssimum patrem, qui despiciẽti porcorum sordidos cibos ac ptimescẽti diræ famis mortem, & reuertenti sibi lętus occidere consueuit *vitulum* filio *saginatum*, & proferre *primam* erranti *stolam* & regium

*Ezech.33.11.

*Esai.52.2.

*Luc.15.13.

annulum, & tum ſpei cœleſtis acſi ſaporem pręguſtans ſenties * *quam ſuauis eſt Dominus.* Nam ſi hæc contempſeris, ſcias te inextricabilibus tenebroſiſq; ignium torrentibus iamiamq; rotandum vrendumq;.

* Pſal. 33. 9.

Increpatio in Aureliũ.

Quid tu quoq; (vt propheta ait) catule leonine Aureli canine agis? Nonne eodem quo ſupradictus (ſi non exiciabiliore) parcidiorum, fornicationum, adulteriorumq; cœno, velut quibuſdam marinis irruentib⁹ tibi voraris feraliter vndis? Nonne pacem patriæ mortiferum ceu ſerpentem odiens, ciuiliaq; bella & crebras iniuſte prædas ſitiens animæ tuæ cœleſtis portas pacis ac refrigerij pręcludis? Relictus (quęſo) iam ſolus acſi arbor in medio campo areſcens, recordare patrum fratrumq; tuorum ſuperuacuã phantaſiam, iuuenilẽ immaturamq;

tamq; mortem. Num centenis tu ob religiosa merita, vel coeuus Mathusale exceptus penè omni prole seruaberis? Nequaquã. Sed, nisi citius (vt Psalmista ait) cõuersus fueris ad dominum, *ensem* in te *vibrabit* in breui furum Rex ille, qui per Prophetam *Ego (inquit) occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.* Quamobrem *excutere de* fœtido *puluere* tuo, & conuertere ad eum toto corde, qui creauit te, vt *cum exerserit in breui ira eius, beatus* sis *sperans in eum*: sin alias, æternæ te manebunt pœnę cõterendum sæua continuè & nequaquam absumendum tartari fauce. Quid tu quoq; pardo similis moribus & nequitijs discolor, canescente iam capite, in throno dolis pleno, & ab imis vertice tenus diuersis par-

*Psal. 7. 13.

*Deut. 32. 39.

*Esai. 52. 2.

*Psal. 2. 12.

Increpatio in Vortiporium.

ricidijs & adulterijs cõſtupra-
to, boni regis nequam fili, vt
Ezechiæ Manaſſes, Demetarũ
tyranne vortipori ſtupidè ri-
ges? Quid te tam violenti pec-
catorum gurgites, quos vt vi-
num optimum ſorbes, imò tu
ab eis voraris, appropinquãte
ſenſim vitæ limite non ſatiant?
Quid quaſi culminis malorum
omnium ſtupro propria tua a-
mota coniuge, eiuſdemq; ho-
neſta morte impudentis filiæ
quodam ineluctabili pondere
miſeram animam oneras? Ne
conſumas (quæſo) dierũ quod
reliquum eſt In DEI offenſam:
Quia * *nunc tempus acceptabi-*
le & dies ſalutis vultibus pœ-
nitentium lucet, in quo benè
operari potes, * *ne fiat fuga* tua
hyeme vel Sabbato: * *Diuerte* ſe-
cundum Pſalmiſtã, *à malo, & fac*
bonum: *inquire pacem* bonã *& ſe-*
quere eam, quia *oculi Domini* ſu-

2. Cor. 6. 2.

* Matt. 24. 20.

* Pſal. 33. 15.

per

per te bona agentē, *& aures eius* erūt *in preces* tuas, & nō ꝑdet *de terra viuentium memoriam* tuam. Clamabis & exaudiet te *& ex omnib. tribulationib.* tuiseruet te. *Cor* siquidem *cōtritum & humiliatū* timore eius nusquā Christus spernit. Alioquin * *vermis* tortionis tuæ *non morietur*, *& ignis* vstionis tuæ *nō extinguetur*. Vt quid in nequitiæ tuæ volueris vetusta fece et tu ab adolescentiæ annis vrse multorū sessor aurigaq; currus receptaculi vrsi, Dei contemptor, sortisq; eius depressor Cuneglase Romana lingua lanio fulue? Quare tantū certamē tam hominibus quam Deo præstas, hominibus ciuibus scilicet armis specialibus, Deo infinitis scelerib⁹? Quid præter innumerabiles casus propria vxore pulsa furciferam germanam eius perpetuam Deo viduitatis

* Psal. 50. 19.

* Esai. 66. 24 Marc. 9. 44.

Increpatio in Cuneglasum.

caſtimoniam promittentē (vt Poeta ait) ſunimam ſeu teneritudinem cœlicolarum tota animi veneratione vel potius hebitudine nympharum contra
* Gal.5.21. *interdictum Apoſtoli denegantis poſſe adulteros regni cœleſtis eſſe municipes ſuſpicis? Quid gemitus atq; ſuſpiria Sanctorum propter te corporaliter verſantium vice immanis leænæ dentiū oſſa tua quan-
* Pſal.36.8. doq; fractura crebris inſtigas iniurijs? *Deſine quæſo (vt Propheta ait) *ab ira, & derelinque* exitialē, ac temetipſum macerarū (quem cœlo ac terræ, hoc eſt, Deo gregiq; eius ſpiras) *furorem:* fac eos potius mutatis pro te orare moribus, quibus ſuppetit ſupra mundum alligandi cùm in mundo reos alligauerint, & ſoluendi cùm pœnitentes poteſtas ſoluerint.
* Timo.6.17. *Noli (vt ait Apoſtolus) *ſuperbe*

ſapere

ſapere, vel ſperare in incerto diuitiarũ, ſed in Deo qui præſtat tibi multa abũdè, vt per emẽdationẽ morũ theſaurizes tibi *fundamẽtum bonum in futurũ*, & habeas *veram vitam*, perrennẽ, pfectò, nõ deciduã. Alioquin ſcies, & videbis etiam in hoc ſeculo, quam malum & amarum eſt reliquiſſe te DominumDeum tuum, & non eſſe timorem eius apud te, & in futuro tetro ignium globo æternorum te exuri, nec tamen vllo modo mori. Siquidẽ tam ſceleratorũ ſint * ppeti immortales igni animæ, quam Sanctorum letitiæ. Quid tu etiam inſularis draco, multorum tyrãnorũ depulſor tam regno quã etiam vita, ſupradictorum *nouiſſimeſtylo, prime in malo, maior multis potẽtia ſimulq; malitia, largior in dando, profuſior in peccato, robuſte armis, ſed animæ fortior excidijs Ma-

» *Animæ
» perpeti. i.
» perpetuo
» ſiue æterno

Increpatio in Maglocunum.

id eſt, qui hic nouiſſimus ea in noſtra epiſtola, ſed primus in malo.

glocune in tam vetuſto ſcelerum atramento, * *veluti madidus vino* de Sodomitana vita expreſſo ſtolidè volutaris? Quare tantas peccaminum regiæ ceruici ſpontè (vt ita dicam) inelu-ctabiles celſorum ſeu montiũ innectis moles? Quid te non ei regum omnium regi (quem cunctis penè Britanniæ ducibus tam regno fecit, quam ſtatus liniamẽto editiorem) exhibes cæteris moribus meliorẽ, ſed verſa vice deteriorẽ? quorum indubitatam æquanimiter conuitiorũ auſcultato parumper adſtipulationem omiſſis domeſticis leuioribuſq; (ſi tamẽ aliqua ſunt leuia) *palata ſolum longè latèq; per auras admiſſa teſtaturã. Nõne in primis adoleſcentiæ tuæ annis auunculum regem cum fortiſſimis propemodum militibus, (quorũ vultus non catulorum leo-

* Iere. 23. 9.

palata admiſſa, id eſt, aperta deiecta.

leonis in acie magnoperè dispares visebãtur) acerrimè ense, hasta, igni oppressisti? parũ cogitans propheticũ dictum: **Viri* (inquiens) *sanguinum & doli nõ dimidiabunt dies suos.* Quid pro hoc solo retributionis à iusto iudice sperares (& si non talia sequerentur quæ secuta sunt) itidem dicente per Prophetam: **Væ tibi qui prædaris, nónne & ipse prædaberis? & qui occidis, nónne & ipse occideris? & cùm desieris prædari, tunc cades.* Nónne postquam tibi ex voto violenti regni phantasia cessit, cupiditate iniectus ad viam reuertendi rectam, diebusq; ac noctibus, id temporis (conscientia fortè peccaminũ remordente) de deifico tenore mónachorumq; decretis sub dente primum multa ruminans, deinde popularis auræ cognitioni proferens monachum sine

* Psal. 54. 24.

* Esai. 33. 1.

vllo

vllo infidelitatis (vt aiebas) respectu corã omnipotente deo, angelicis vultibus humanisq́; (ruptis vt putabatur capacissimis illis, quibus præcipitanter inuolui solent pingues tauri moduli tui retibus omnis regni, auri, argentiq́;, & quod maius est propriæ voluntatis distentionibus ruptis) perpetuo vouisti, & tete ac si stridulo cauum lapsu aérem validè secantẽ, sæuosq́; rapidi harpagones accipitris sinuosis flexibus vitantem ad Sanctorum tibi magnoperè fidas speluncas refrigeriaq́; salubriter rapuisti ex coruo columbam? O quãta Ecclesiæ matri letitia, si non te cunctorum mortalium* hostis de sinu quodammodo eius lugubriter abstraxisset, foret? O quam profusus spei cœlestis fomes desperatorum cordibus (te in bonis permanente) inardes-

*Sapi. 5. 11.

hostis, id est, diabolus.

deſceret ? O qualia quantaq; animam tuam regni Chriſti præmia in die iudicij manerēt, ſi non lupus callidus ille agnū ex lupo factum te ab ouili dominico non vehementer inuitum facturus lupum ex agno ſibi ſimilem rapuiſſet? O quantam exultationem pio omniū patri Deo ſanctorum tua ſalus ſeruāda præſtaret, ſi nō te cunctorū pditorū infauſtus pater, veluti magnarū aquila alarum vnguiumq; dęmon infœlici filiorum ſuorum agmini contra ius faſq; rapuiſſet ? Ne multa, tantū gaudij ac ſuauitatis tum cœlo terræq; tua ad bonam frugem conuerſio, quantum nunc mœroris ac luctus miniſtrauit ad horribilem more * moloſſi ægri vomitum nefanda reuerſio . Qua peracta exhibentur *mēbra arma iniquitatis peccato* ac diabolo, quæ oportuerat ſaluo ſenſu

Prouer. 26. 11. & 2. Pet. 2. 22.

Rom. 6. 13.

ſenſu auidè exhiberi *arma iuſtitiæ Deo*: arrecto auriũm auſcultantur captu non Dei laudes canora Chriſti tyronum voce ſuauiter modulante, pneumaque eccleſiaſticæ melodiæ, ſed proprię (quæ nihil ſunt) fuciferorum referto mendacijs ſimulq; ſpumãti flegmate proximos quoſq; ruſci daturo preconum ore ritù bachanciũ cõcrepate, ita vt vas Dei quondã in miniſterio præparatum vertatur in zabuli organũ, quodq; honore cœleſti putabatur dignum, meritò proijciatur in tartari baratrum. Nec tamen tantis malorum offendiculis tuus hebetatus inſipientiæ cumulo ſenſus velut quodam ỏbicè tardatur, ſed feruidus (acſi pullus amœna quæquæ imperagrata putans) per extẽſos ſcelerum campos irreuocabili furore raptatur, augendo priſcis

no-

noua piaculis. Spernuntur nãq; primę (post monachi votum irritum) illicite licet, tamẽ ꝓprię coniugis præsumptiue nuptiæ, alia viri viuentis non externi, sed fratris filij adamata. Ob quod dura ceruix illa multis iã peccaminum fascibus onerata bino parricidiali ausu occidẽdo supradictum, vxoremq; tuã aliquamdiu à te habitam, velũt summo sacrilegij tui culmine de imis ad inferiora curuatur. Dehinc illam cuius dudũ colludio ac suggestione tantę sunt peccatorum subitæ moles publico & (vt fallaces parasitorũ linguæ tuorum conclamant, summis tamen labijs non ex intimo cordis) legitimo vtpotè viduatã *thoro*, nostræ verò sceleratissimo adsciuisti connubio. Cuius igitur sancti viscera tali stimulata historia non statim in fletus singultusq; prorumpãt?

Quis

Ale apparet Gildam fuisse sacerdotem.

Quis sacerdos, cuius cor rectũ Deo patet, non statim hæc audiens magno cum vlulatu illud propheticũ dicat? * *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum & plorabo in die & nocte interfectos populi mei?* Heu siquidem parum auribus captasti propheticam obiurgationem ita dicentem: * *Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Dei altissimi, & si nati fueritis, in maledictionẽ erit pars vestra. Omnia, quæ de terra sunt, in terrã ibunt: sic impij à maledictione in perditionem* (subauditur) si non reuertantur ad Dominum, exaudita saltem tali admonitione, * *Fili peccasti, ne adijcias vltra*, sed & *de pristinis tuis deprecare*. Et iterũ, * *Non tardes conuerti ad Dominum, neq; differas de die in diem. Subito enim venit ira eius*, quia vt scriptura ait: * *Rege audiẽte verbum iniquũ, omnes qui sub illo sunt, scelesti*

* Ierc. 9. 1.

* Eccle. 41. 11.

* Eccle. 21. 1.

* Eccle. 5. 8.

* Prou. 29. 12. Prou. 29. 4.

scleſti ſunt. Nimirum * *rex* (vt Propheta dixit) *iuſtus ſuſcitat regionem*. Sed monita tibi ꝓfectò non deſunt, cum habueris prę ceptorem penè totius Britānię magiſtrum elegantem. Caueto igitur ne tibi, quod à Salomone notatur, accidat: * *Quaſi qui excitat dormientem de graui ſomno, ſic qui enerrat ſtulto ſapientiam. In fine enim narrationis dicet. Quid primũ dixeras?* * *Laua à malitia cor tuũ* (ſicut dictũ eſt) *Hieruſalem vt ſaluus ſis*. Ne contemnas (quæſo) ineffabilẽ miſericordiã Dei, hoc modo per prophetã à peccatis impios ꝓuocãtis. * *Repẽte loquar ad gentem & ad regnũ vt euellã, & diſſipẽ, & deſtruã, & diſperdã*. Peccatorẽ hoc veheméter ad pœnitentiã hortatur. * *Et ſi pœnitentiã egerit gens illa à peccato ſuo, pœnitentiã & ego agam ſuper malo quod locutus ſum vt facerẽ ei*. Et iterũ * *Quis dabit eis tale cor vt audiant me, &*

* prou. 29. 4.

* Eccle. 22. 8.

* Iere. 18. 7.

* Iere. 18. 8.

cuſtodiant præcepta mea, & bene ſit eis omnibus diebus vitæ ſuæ? Itēq; in cãtico deuteronomij.* *Populus* (inquit) *abſq; conſilio & prudentia vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent, quomodo perſequatur vnus mille, & duo fugent decem millia.* Et iterum in Euangelio Dominus * *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego vos requieſcere faciam. Tollite iugum meũ ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Nam ſi hęc ſurdis auribus audias, prophetas contemnas, Chriſtum deſpicias, noſq; (licet viliſſimę qualitatis ſim⁹) nullius momẽti ducas propheticũ illud ſincera animi pietate ſeruãtes (vtcũq; ſi nõ ego impleuero fortitudinẽ in ſpiritu & virtute Dñi vt enũtiẽ *domui Iacob peccata eorũ, & domui Iſrael ſcelera eorũ*) ne ſimus

*Deut. 32. 28.

*Matt. 11. 28.

*Eſai. 58. 1.

simus * *canes muti non valentes latrare.* Et illud Salomonis ita dicentis: * *Qui dicit impium iustum esse, maledictus erit populis & odibilis gentibus (nã qui arguunt meliora sperabunt)* Et iterum: * *Nõ reuerearis proximum in casum suum, nec retineas verbum in tempore salutis.* Itemque, * *erue eos qui ducuntur ad mortem, & redimere eos qui interficiuntur ne parcas,* quia * *non proderunt* (vt idem Prophe-ta ait) *diuitiæ in die iræ, iusticia à morte liberat.* * *Si iustus quidẽ vix saluus sit, impius & peccator vbi parebit?* ille profecto te tenebrosus tartari torrens ferali rotatu vndisq; acsi acerrimis inuoluet semper cruciaturus & nunquam consumpturus, cui tunc erit sera inutilisq; pœnę oculata cognitio ac mali pœnitudo à quo in hoc tempore accepto & die salutis ad rectum vitæ iter differtur conuersio. Hic sa-

*Esai.56.10.

*Prou.24.24.

*Eccle.4.27.

*prou.24.11.

*prou.11.4.

*prou.11.31. & 1.Pet.4.18.

hactenus autor hiſtoriam de ſuis tẽporibus perſecutus, nunc vt ſuos a male agendo deterreat ſcripturarũ teſtimonia minarum plena citat.

nè vel antea cõcludẽda erat (vti ne amplius loqueretur os noſtrum opera hominũ) tam flebilis hæc quærulaq́; malorum æui huius hiſtoria. Sed ne formidoloſos nos aut laſſos putẽt, quo minus illud Iſaianum infatigabiliter caueamus, * *Væ* (inquiẽns) *qui dicit bonum malum, et malum bonum: ponentes tenebras in lucem, & lucem in tenebras: amarũ in dulce, & dulce in amarum* (qui * *videntes non vident, & audientes non audiunt*, quorum cor craſſa obtegitur quadam vitiorum nube) libet quid quantumq́; [his ſupradictis laſciuientibus inſaniſq́; ſatellitum Pharaonis, quibus eius periturus mari prouocatur exercitus ſtrenue rubro eorũq́; ſimilibus quinq; * equis] minarũ prophetica inclamitent ſtrictim edicere oracula, quibus veluti pulchro tegmine opuſculi noſtri molimẽ (ita

* Eſa. 5. 20.

* Matt. 13. 13.

verba hic inclusa prætermiſſa ſunt a polydoro.

(ita vt ne certatim irruituris inuidorum ymbribus extet penetrabile) fidiſſimè cõtegatur. Reſpondeant itaq; pro nobis ſancti vates nunc vt antè (quios quodammodo Dei, organũq; ſpiritus ſancti mortalibꝰ prohibentes mala, bonis fauẽtes extitere) contumacibus ſuperbiſq; huius ętatis principibus, ne dicant nos propria adinuentione & loquaci tantũ temeritate tales minas eis tantoſq; terrores incutere. Nulli namq; ſapientium dubium eſt, in quantis grauiora ſunt pecca ta huius temporis quam primi Apoſtolo dicente: * *Legem quis tranſgrediens duobus medijs vel tribus teſtibus morietur, quanto putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit?* Hebr.10.28.

En primus occurrit nobis Samuel iuſſu Dei legitimi regni ſtabilitor, deo antequam naſce retur *Samuel contra Saul Regem.*

retur dedicatus, a Dan vſque Barſabeæ omni populo Iſrael veridicus propheta ſignis indubitanter admirandis notus, ex cuius ore ſpiritus ſanctus cunctis mundi poteſtatibus intonuit, denuntiando primo regi apud Hebræos dūtaxat Sauli pro eo quod quędā de mandatis Domini nō cōpleuerat, dicens: * *Stultè egiſti nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi nō feciſſes iā nunc pararet Deus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum, ſed nequaquā regnum tuum vltra cōſurget.* Quid ergo ſimile huius temporis ſceleribus adulterium ne vel parricidium fecit? Nullo modo. Sed iuſſionis ex parte mutationem, quia vt benè quidam noſtrum ait, *Non agitur de qualitate peccati, ſed de tranſgreſſione mandati.* Itemq; illum obiecta (velut putabat) purgantem &

1.Sam.13,13.

ap-

apologias (vt generi humano moris eſt) ſagaciter hoc modo adnectentem, * *imo audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam miſit me* tali animaduerſione multauit, * *Nunquid vult* (inquit) *Dominus holocauſta aut victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior eſt enim obediẽtia quam victimæ, & audire magis quam offerre adipem arietum. Quoniã ſicut peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idolatriæ nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abieciſti ſermonem Domini, abiecit & te ne ſis Rex.* Et poſt pauca * *Scidit* (inquit) *Deus regnum Iſrael à te hodie, & dedit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, neq; enim homo eſt vt agat pœnitentiã* (ſubauditur ſuper duris malorum præcordijs). Notandũ ergo eſt, quod dixit ſcelus idolatrię eſſe,

1. Sam. 15. 20.

1. Sam. 15. 22.

1. Sam. 15. 28.

nolle Deo acquiescere. *Nō* sibi scelerati isti, dum non gentium dijs perspicue litant, subplaudant siquidem conculcantes porcorum more prętiosissimas Christi margaritas idolatriæ. Sed licet hoc vnum exemplum acsi inuictus adstipulator ad corrigendos iniquos abundè sufficeret: tamen, vt in ore multorum testium omne comprobetur Britanniæ malum, transeamus ad cætera. Quid Dauid numerando populum euenit dicente ad eum propheta Gad?

2. Sam. 24. 12. *Gad contra Dauid regē.*

* *Hæc dicit Dominus. Trium tibi optio datur. Elige vnum quod volueris ex his vt faciā tibi. Aut septē annis veniet tibi fames, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos & illi te persequentur, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua.* Nam arctatus tali conditione & volens magis incidere in manus misericordis *Dei* quam hominum

minum, lxx. millium populi ſui ſtrage humiliatur, &, ni pro cõtribulibus apoſtolicæ charitatis affectu vt illos plaga nõ tangeret mori optaſſet (dicendo, * *Ego ſum qui peccaui, ego paſtor iniquè egi: iſti qui oues ſunt, quid peccarunt? Vertatur obſecro manus tua contra me, & contra domum patris mei*) inconſideratam cordis elacionem propria morte piaret. Nam quid ſcriptura in conſequentibus de filio eius narrat, * *Fecit* (inquiens) *Salomon quod non placuerat coram Domino, & nõ adimpleuit vt ſequeretur Dominum ſicut pater eius.* * *Dixit dominus ad eum: Quia habuiſti hoc apud te, & nõ cuſtodiſti pactum meum & præcepta mea, quæ mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum & dabo illud ſeruo tuo.* Quid duobus ſacrilegis (æquę vt iſti ſunt) Iſrahel regibus Hieroboæ & Baaſæ accidit audite, quib⁹ ſententia

2. Sam. 24. 17.

1. Reg. 11. 6.

Contra Salomonẽ regem

1. Reg. 11. 11.

Contra Ieroboam & Baaſam Reges.

domini dirigitur per Prophetam ita dicentis: * *Propter quod magnificaui te Principem ſuper Iſrael,* * *quia exacerbauerunt me in vanis eorũ.* * *Ecce ego ſuſcito poſt Baaſam & poſt domum eius, & tradam domum eius ſicut domum Ieroboæ Nabath.* * *Qui mortuus fuerit de ſuis in ciuitate comedent eum canes, & mortuum corpus illius in campo comedent volatilia cœli.* Quid illi quoq; ſcelerato regi Iſrael iſtorum commanipulari (cuius colludio & vxoris dolo Naboth innocens propter paternam vineam oppreſſus eſt) ſancto ore illius Helię atq; ignifero domini alloquio inſtructo minatur ita dicente: * *Occidiſti inſuper & poſſediſti, & poſt hæc ades. Hæc dicit Dominus: In loco hoc in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoq; tuum ſanguinem.* Quod ita factum fuiſſe certiſſima ratione cognitũ eſt.

1.Reg.14.7.

1.Reg.16.2.

1.Reg.16.3.

1.Reg.16.4.

1.Reg.21.19.

Helias contrą Achab Regem.

Sed

Sed ne forte ſecundum ſupradictum Achab * *ſpiritus mendax* loquens vana *in ore Prophetarum* veſtrorum ſeducat vos, ne ſermones Micheæ prophetæ audiatis, * *Ecce permiſit Deus ſpiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum qui hic ſunt, & Dominus locutus eſt contra te malum.* Nam & nunc certum eſt aliquos eſſe doctores contrario ſpiritu repletos, & magis prauam voluptatem quam veritatem aſſerentes: quorum verba * ſuper oleum molliuntur, & ipſa ſunt iacula * *qui dicunt pax pax*, & non erit in peccatis permanentibus pax, vt alibi Propheta dicit: * *Nõ eſt gaudere impijs dicit Dominus.* Azarias quoq; filius Obed ad ſe reuertenti de cæde decies centenum millium exercitus Æthiopũ locutus eſt dicens, * *Dominus vobiſcum eſt dum eſtis cum ipſo, & ſi exquiſieritis eum,*

1. Reg. 22. 22.

1. Reg. 22. 23.

* Pſal. 54. 22.

* Iere. 6. 14. & 8. 11.

* Eſa. 48. 22. & 57. 21.

Teſtimonia Paralip. quæ hic ſequuntur multis in verbis diſcrebant a vulgari lectione.

* 2. para. 15. 2.

eum, inuenietur à vobis. Et ſi dereliquiſtis eum, derelinquet vos. Nam ſi Ioſaphat ferens præſidium iniquo regi ita ab Iehu prophe ta Ananiæ filio increpatur (dicente: **Si peccatorem tu adiuuas, aut quem dominus odit, tu diligis? propterea ira Dei eſt ſuper te*) quid illis, qui proprijs ſcelerum ſuorum criminiculis compediuntur, fiet? Quorum nos neceſſe eſt (ſi in acie dominica volumus dimicare) peccata odiſſe non animas, dicente Pſalmiſta: **Qui diligitis Dominum odite malum.* Quid ad ſupradicti Ioſaphat filiũ currus & auriga Iſrael propheta Helias Iorã ſcilicet parricidã, qui egregios fratres ſuos (vt pro ipſis regnaret) ſpuriꝰ trucidauit, effatꝰ eſt. **Sic dicit* (inquit) *dominus Deus patris tui Dauid. Eo quod nõ ambulaueris in via Ioſaphat patris tui, & in vijs Aſæ regis Iuda, & ambulaſti in vijs regũ*

Cõtra Ioſaphat Regem

2. para. 19 2.

*Pſal. 96. 10.

Contra Iorã Regem.

2. Para. 21. 21.

regum Israel, & stupore se vt gessit domus Achab, & fratres tuos filios Iosaphat meliores te interfeciſti, ecce Dominus percutiet plaga magna te, & filios tuos. [Et post pauca,* *Et tu eris in magna valetudine in languore ventris tui, donec exeat venter tuus cum ipsa infirmitate de die ex die*] Et ad Ioam regem Israel, vt vos derelinquentem dominum quid Zacharias filius Ioiadæ vatis minatus sit attendite, qui surgens populo dixit: **Hæc dicit Dominus. Quare præteritis præcepta Domini & non proſperamini? Quia dereliquiſtis dominũ, & derelinquet vos.* Quid de authore prophetarum Esaiæ dicam, qui proœmium prophetiæ suæ vel visionem ita exorsus est dicens? * *Audite cœli & auribus percipite terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem suum, & asinus*

2. Para. 21. 18.

quæ hic sunt inclusa omisit Polydorus.

2. Para. 24. 20.

Esaias con-princípes.

*Esa. 1. 2.

quæ ab hoc loco incluſa sũt ad. 4. folia & dimidiũ prætermiſit Polydorus.

nus præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Et poſt pauca minas meritas tantæ inſipiẽtię aptans *Derelinquetur (inquit) filia Syon vt tabernaculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, ſicut ciuitas quæ vaſtatur. Et principes ſpecialiter cõueniens ait: *Audite verbum Dominì principes Sodomorum, percipite legem Domini populus Gomorrhæ. Notandum ſane quod iniqui reges principes Sodomorum vocentur. Prohibens namq; Dominus ſacrificia & dona ſibi à talibus offerri (& nos inhiantes ſuſcipimus quę Deo ab omni natione ſunt non placita eademq́; egenis & pene nihil habentibus diſtribui in perniciem noſtrã non ſinimus) cũ latis diuitijs oneratis ſordibus peccatorum intentis ait: *Ne afferatis vltrà ſacrificium fruſtra, incenſum abominacio

* Eſa. 1. 8.

* Eſa. 1. 10.

* Eſa. 1. 13.

eſt

est mihi. Itemq; denunciat, *Et cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam. Et hoc quare facit ostendit. Manus (inquiens) vestræ sanguine plenæ sunt. Simulq; ostendens quomodo placaretur ait: * Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescete agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo. Quasi placoris vicissitudinẽ adiungens ait: *Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ manducabitis. Quod si nolueritis & me prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit vos. Accipite veracem publicumq; adstipulatorem boni maliq; vestri retributionem absq; vllo adulati-

* Esa. 1. 15.

* Esa. 1. 16.

* Esa. 1. 18.

lationis fuco (non vt parasitorum venerata vestrorum venena in aures sibilant ora) testantem. Itemq; ad rapaces iudices sentẽtiam dirigens ita affatur.

Esaias contra iudices iniquos.

Esa.1.23. **Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sectãtur retributiones, pupillo nõ iudicant, causa viduæ non ingreditur ad eos. Propter hoc ait Dominus exercituũ fortis Israel. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis, & conterentur scelerati & peccatores simul, & omnes qui dereliquerunt dominum consumentur.* Et infra. * *Oculi sublimis hominis humiliabuntur, & incuruauit altitudo virorum.* Et iterum: **Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.* Et post pauca, **Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & ad potandũ vsq; ad vesperam vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris, & opus*

*Esa.2.11.

*Esa.3.11.

*Esa.5.11.

opus Domini non respicitis, & opera manuum eius non considera-tis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierũt fame, & multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absq; vllo termino, & descendent fortes eius, & populus eius, & sublimes glorioſiq; eius ad eum. Et infra. **Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascẽdet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloquium sancti Israel despexerunt. In omnibus his non est auersus furor Domini, sed adhuc manus eius extenta.* Et post aliquanta de die iudicij & peccatorum

*Esa.5.22.

torũ ineffabili metu disceptans ait: *Esa.13.6. *Vlulate quia prope est dies domini* (si tunc prope erat, quid nunc putabitur?) *quia vastitas à Deo veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet & conteretur, tortiones & dolores tenebunt, quasi perturiens dolebunt. Vnusquisq; ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus illorum. Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus, & iræ furorisq; ad ponẽdam terram in solitudinẽ, & peccatores eius conterendos de ea, quoniam stellæ cœli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebrabitur sol in ortu suo, & luna non splendebit in tempore suo, & visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem ipsorum, & quiescere faciam superbiam infideliũ, & arrogantiam fortium humiliabo.* Et iterum. *Esa.24.1. *Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & di-

dispergetur habitatores eius, & erit sicut populus sic sacerdos, & sicut seruus sic dominus eius, sicut ancilla sic domina eius, sicut emens sic ille qui vẽdit, sicut fœnerator sic ille qui mutuum accipit, sicut qui repetit sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbũ hoc. Luxit & defluxit terra, defluxit orbis, infirmata est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram. Et infra. * Ingemissent omnes qui lætantur corde, cessauit gaudium tympanorum, quiescet sonitus lætantium, conticescet dulcedo citharæ, cum cantico non bibent vinum, amara erit potio bibentibus illam. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in plateis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ, relicta est in

* Esa. 24. 7.

vrbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas, quia hæc erunt in medio terræ & in medio populorum. Et poſt pauca.* Præuaricantes præuaricati ſunt, & præuaricatione trãſgreſſorũ præuaricati ſunt. Formido, & foueæ, & laqueus ſuper te qui habitator es terræ. Et erit: qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueã, & qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelſis apertæ erunt, & cõcutientur fundamenta terræ. Cõfractione cõfringetur terra, cõmotione cõmouebitur, agitatione agitabitur ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum vnius noctis, & grauabit eã iniquitas ſua, & corruet, & non adiiciet vt reſurgat. Et erit: in die illa viſitabit Dominus ſuper militiam cœli in excelſo, & ſuper reges terræ qui ſunt ſuper terrã, & cõgregabũtur in congregationẽ vnius faſcis in lacũ, & claudẽtur ibi in carcerẽ, & poſt multos dies viſitabũtur. Et erubeſcet luna, & cõfundetur ſol cùm

*Eſa. 24. 16.

cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Syon & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus. Et post aliquãta rationem reddens, quamobrem talia minaretur, ita ait .* *Ecce non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendatium, & linguæ vestra iniquitatem fatur. Non est qui vocet iustitiam, neq; est qui iudicet verè, sed confidunt in nihil, & loquuntur vanitates, & conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem.* Et infra. **Opera eorum inutilia & opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum in malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem*

* Esa. 59. b

* Esa. 59. a

innocentem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas & contritio in vijs eorum, & viam pacis non cognouerũt, & non est iudicium in gressibus eorum. Semitæ eorum incuruatæ sunt eis, omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudicium à vobis, & non apprehendit vos iustitia. Et post pauca. * Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuione, & qui recessit à malo, prædæ patuit. Et vidit dominus et non placuit in oculis eius, quia non est iuditium. Huc vsque Esaiæ Prophetæ pauca de multis dixisse sufficiat. Nunc verò illũ (qui priusquã formaretur in vtero præscitus, & priusquã exiret de vulua sanctificatus, & in cunctis gẽtibus ꝓpheta positus est) Ieremiã scilicet, quid de populo insipiente rigidisq; regi-

*Esa. 59. 14.

Ieremias contra reges.

regibus pronunciauerit, parũ-
per attendentes audite, hoc
modo leniter verba initiantẽ.
**Et factum est verbũ domini ad me* *Iere.2.2.
*dicens. Vade & clama in auribus
Ierusalem, & dices. Audite verbum
Domini domus Iacob, & omnes co-
gnationes domus Israel. Hæc dicit
Dominus. Quid inuenerunt in me
patres vestri iniquitatis, qui elõgati
sunt à me, & ambulauerunt post va-
nitatem, & vani facti sunt, & non
dixerunt, vbi est qui ascendere nos
fecit de terra Ægypi?* Et post pau
ca: **A seculo cõfregisti iugum me-* *Iere.2.20.
*um, rupisti vincula mea, dixisti non
seruiam. Ego plantaui te vineam e-
lectam, omne semen verum. Quomo
do ergo conuersa est in prauũ vinea
aliena? Si laueris te nitro & multi-
plicaueris tibi herbam borith, macu
lata es iniquitate tua coram me di-
cit dominus.* Et infra: **Quid vul-* *Iere.2.29.
*tis mecum iudicio contendere? Om-
nes me dereliquistis dicit Dominus.*

Hic ad quatuor folia præterrifit polydorus.

Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Audite verbum Domini. Nunquid solitudo factus sum Israel, aut terra serotina? Quare ergo dixit populus meus, Recessimus, non venimus vltra ad te? Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? Populus verò meus oblitus est me diebus innumeris. * Ierc.4.22. *Quia stultus est populus meus, me non cognouit: filij insipientes sũt, & vecordes: Sapientes sunt vt faciant mala, benè autem facere nescierunt.* Tum Propheta ex sua persona loquitur dicens. * Ierc.5.3. *Domine oculi tui respiciunt fidem, percussisti eos & non doluerunt, attriuisti eos & renuerũt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas super petram, & noluerũt reuerti.* * Ierc.5.20. Itemq; Dominus. *Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda dicentes. Audi populc stulte qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & au-*

res

res & nõ auditis. Me ergo non timebitis ait dominus, & à facie mea non dolebitis, qui posui arenam terminũ mari, præceptum sempiternum quod non præteribit, & commouebuntur & non potuerunt, intumescent fluctus eius, & nõ transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt, & non dixerunt in corde suo, metuamus Dominum deum nostrum. Et iterum. * *Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponẽtes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ideo magnificati sunt & ditati, incraßati sũt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessimè, causam pupilli non dixerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit dominus? aut super gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea?* Sed abſit vt vobis eueniat

*Ierc.5.26.

Contra iudices malos.

quod sequitur. * *Loquere ad eos omnia verba hæc & non audient te, & vocabis eos & nõ respondebũt tibi, & dices ad eos. Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recipit disciplinam, periit fides, & ablata est de ore eorum.* Et post aliquanta. * *Nunquid qui cadit non resurgit, & qui auersus est non reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione cõtentiosa? Apprehenderunt mendatium, & noluerũt reuerti. Attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens, quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus meus non cognouit iudicium Dei.* Et tam vehemẽti sacrilegiorum cęcitate & ineffabili ebrietate propheta con-

* Iere. 7. 27.

* Iere. 8. 4.

cõterritus, & deflẽs eos qui seipsos non deflebant(vt & nunc infœlices tyranni agunt)optat sibi auctionem fletuum à Domino concedi, hoc modo dicens. **Super contritione filiæ populi mei contritus sum, stupor obtinuit me. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare ergo non obducta est cicatrix filiæ populi mei? *Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die & nocte interfectos populi mei? Quis dabit mihi in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes adulteri sunt cœtus prœuaricatorũ? Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendatij & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognouerunt dicit Dominus.* Et iterum. **Et dixit Dominus. Quia dereliquerũt legem meam quam dedi*

*Iere.8.21.

*Iere.9.1.

*Iere.9.13.

di eis, & non audierũt vocem meam, & non ambulauerunt in ea. Et abierunt poſt prauitatem cordis ſui. Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael. Ecce ego cibabo populũ iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquã fellis. Et poſt pauca (quod etiã crebrius ſtylo ꝓpheta adiunxit dicens ex perſona Dei).

*Ierc.11.14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudẽ & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, & afflictionis eorũ.* Quid ergo nunc infauſti duces faciẽt? Illi pauci inuenientes viã anguſtam amota ſpacioſa, ꝓhibiti à deo ne preces pro vobis fundant perſeuerantibus in malis, & tantoperè incitantibus (queis è cõtrario ex corde ad Deum repedantibus Deo nolente animam hominis interire, ſed retractante ne penitus pereat qui abiectus eſt, vindictam nõ potuiſſent indu-

queis pro quibus.

ducere, quia nec Ionas & quidem cum multum concupiuerit Niniuitis Propheta). Sed omissis interim nostris audiamus potius, quid ꝓphetica tuba persultet.* *Quod si dixeris* (inquiens) *in corde tuo. Quare venerunt mala hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere cùm didiscèritis malum,* (subauditur) quia nō vultis. Et infra.* *Hæc dicit Dominus populo huic, Qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatū eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocausta & victimas, non suscipiam ea.* Et iterum.* *Et dixit Dominus ad me. Si steterit Moyses & Samuel corā me,*

*Iere.13.22

*Iere.14.10

*Iere.15.1.

non

non est anima mea ad populũ istum. Eijce illos à facie mea & egrediantur. Et post pauca. * *Quis miserebitur tui Ierusalem, aut quis contristabitur pro te, aut quis ibit adrogandum pro pace tua? Tu reliquisti me dicit Dominus, & retrorsum abijsti, & extendam manum meam super te, & interficiam te.* Et post aliquanta .* *Hæc dicit Dominus. Ecce ego fingo contra vos cogitationem, reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. Qui dixerunt. Desperamus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatem cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit Dominus. Interrogate gentes, quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani, aut velli possunt aquæ erumpentes frigidæ defluentes? quia oblitus est me populus meus.* Et post aliquanta optione proposita loqui-

*Ierc.15.5.

*Iere.18.11.

quitur dicens: * *Hæc dicit Dominus. Facite iudiciũ & iustitiam, & liberati vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillũ & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè, & sanguinem innocentem ne effundatis. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus huius reges sedẽtes de genere Dauid super thronum eius. Quod si nõ audieritis verba hæc, in memetipso iuraui dicit dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.* Et iterũ (de rege enim scelesto loquebatur) * *Viuo ego dicit Dominus, quia si fuerit Iechonias annulus in manu dextra mea, inde euellam eum & dabo in manu quærentium animam eius.* Sanctus quoq; Abacuc proclamat dicens, * *Væ qui edificãt ciuitatem in sanguine, & præparant ciuitatem in iniquitatibus dicentes: Nonne hæc sunt à Domino omnipotente? Et defecerunt populi multi in igne & gentes*

* Iere. 22. 3.

* Iere. 22. 24.

* Abac. 2. 12.

Ex Abacuc testimonia, in quibus verba multum differunt a vulgata lectione.

tes multæ minoratæ sũt. Et ita prophetiam quærulus incipit. *Habacuc.1.2. *Usquequo clamabo & non exaudies? vociferabor ad te, vt quid mihi dedisti labores & dolores inspicere miseriam & impietatem? [Cõtrà. *Habacuc.1.3. *Et factum est iudiciũ, & iudex accepit. Propter hoc dissipata est lex, & non perducitur ad finem iudiciũ: quia impius per potentiam deprimit iustum. Propter hoc exijt iudicium peruersum]. Sed & beatus Osee propheta. Attẽdite quid loquatur de principibus dicens. *Oseæ.8.1. *Pro eo quod transgressi sunt pactum meum, & aduersus legem meam tulerunt, & exclamabant. Cognouimus te, quia aduersum sis Israel. Bonum vt iniquum persecuti sunt. *Oseæ.8.4. *Sibi regnauerunt, & non per me: tenuerunt principatum, nec me agnouerũt. Sed & sanctũ Amos prophetam hoc modo minãtem audite. *Amos.2.4. *In tribus impietatibus filiorum Iuda, & in quatuor non auertam eos, propter quod

Hec Osee testimonia etiam parum conueniunt verbis cum vulgata lectione.

Amos testimonia, quæ in vetere lectione efferuntur aliis verbis.

quod repulerunt legem Domini, & præcepta non custodierũt, sed seduxerunt eos vana eorũ. Et emittã ignem super Iudam, & comedet fundamẽta Ierusalem. **Hæc dicit Dominus. In tribus impietatibus Israel, & in quatuor non auertã eos, propter quod tradiderunt pecunia iustum, & pauperem pro calciamentis quæ calciant super puluerem terræ, & colaphis cædebant capita pauperum, & viam humilium declinauerunt.* [Et post pauca. * *Quærite Dominum & viuetis, vt nõ reluceat sicut ignis domus Ioseph, & comedat eam, nec erit qui extinguat.* * *Domus Israel odio habuerunt in portis redarguentem, & verbum iustum àbominati sunt.* Qui Amos prohibitus ne prophetaret in Israel, absq; adulationis tepore respõdens, **Non eram* (inquit) *ego propheta nec filius prophetæ, sed eram pastor caprarius vellicans sycomoros, & suscepit me Dominus ab ouibus,*

* Amos. 2. 6.

Hoc loco omisit Polydorus, quantum sufficiat ad foliũ

* Amos. 5. 6.

* Amos. 5. 10.

* Amos. 7. 14.

& dixit dominus ad me. Vade & prophetiza in plebem meam Israel, & nunc audi verbum domini. (Regem namq; alloquebatur) *Tu dicis, noli prophetare in Israel, & nõ congreges turbas in domum Iacob. Propter quod hæc dicit Dominus. Vxor tua in ciuitate meretricabitur, & filij tui & filiæ tuæ gladio cadent, & terra tua funiculo metietur, & tu in terra immunda morieris, Israel autem captiuus ducetur à terra sua.* Et infra. * *Audite itaq; hæc, qui contribulatis immanè pauperem, & dominationem exercetis in inopes super terrã, qui dicitis, quando transibit mensis vt acquiramus, & sabbata vt aperiamus thesauros.* Et post pauca. * *Iurat Dominus contra superbiam Iacob, si obliuiscetur in cõtemptione opera vestra, & in his non conturbabitur terra, & lugebit omnis qui commorabitur in ea, & ascendet sicut flumen consummatio, & conuertam dies festos*

* Amos. 8. 4.

* Amos. 8. 7.

vestros

veſtros in luctũ, & iniciam in omnem lumbũ cilitiũ, & in omne caput decaluationem, & ponam eum ſicut luctũ dilecti, & eos, qui cum eo ſunt, ſicut diem mœroris. Et iterum. *Gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabũt neq; venient ſuper nos mala.* [Sed & ſanctus Micheas vates attẽdite, quid ſit effatus. *Audi (inquiens) tribus. Et quid exornabit ciuitatem? nunquid ignis? Et domus iniquorum theſaurizans in theſauros iniquos, & cum iniuria iniuſtitiam. Si iuſtificabitur in ſtatera iniquus, & in ſacello põdera doloſa, ex quibus diuitias ſuas in impietate repleuerũt.* Sed & Sophonias ꝓpheta ciarus, quas minas exaggerat, audite. *Prope eſt (inquit) dies domini magnus, prope & velox valde. Vox diei domini amara conſtituta eſt & potens, dies iræ dies ille, dies tribulationis & neceſſitatis, dies nubis & nebulæ, dies tubæ &*

*Amos.9.10.

*Miche.6.10.

Micheæ teſtimonia nõ verbis veteris lectionis.

*Sopho.1.14.

Soph. teſtimonia, non verbis veteris lectionis.

clamoris, dies miseriæ & exterminationis, dies tenebrarum & caliginis super ciuitates firmas & super angulos excelsos[. *Et cõtribulabo homines, & ibunt sicut cæci, quia Domino peccauerũt, & effundam sanguinem sicut puluerem, & carnes eorum sicut fimum boum, & argentum eorum & aurum non poterit eximere eos in die iræ Domini. Et in igne zeli eius consumetur omnis terra, quãdo consummationem & solitudinem faciet Dominus super omnes cõmorantes in terram. Conuenite & coniungimimi gens indisciplinata, priusquam efficiamini sicut flos prætereiens, priusquam veniat super vos ira domini*]. Et quid Aggęus sanctus propheta dicat attendite. **Hæc dicit dominus. Semel ego mouebo cœlum, & terrã, & mare, & arridũ, & auertã regnũ, & exterminabo virtutem regum gentium, & auertam quadrigas & ascensores.* Nunc quoque quid Zacharias filius Addo

* Agg. 2. 22.

Aggæi testimonia, non ex vulgari lectione.

Addo Propheta electus dixerit intuemini, hoc modo ꝓphetiam ſuam exordiens.* *Reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit Dominus: & nolite tales eſſe ſicut patres veſtri, quibus imputauerunt prophetæ priores dicentes. Hæc dicit Dominus omnipotens. Auertite vos à viis veſtris, & non intenderunt vt obaudirẽt me.* [Et infra. **Et dixit ad me Angelus. Quid tu vides? Et dixi. Falcẽ ego video volantem longitudinis cubitorum viginti. Maledictio quæ procedit ſuper faciẽ totius terræ: quoniã omnis fur ex ea vſq; ad mortem punietur, & proijciam eum dicit dominus omnipotẽs, & intrabit in domũ furoris & in domum iurationis in nomine meo mẽdaciũ*]. Sanctus quoq; Malachias propheta dicit.* *Ecce dies Domini veniet ſuccenſa quaſi caminus, & erũt omnes ſuperbi, & omnes facientes iniquitatem vt ſtipula, & inflammabit eos dies adueniens dominus exer-*

* zach. 1. 3.

Zachariæ teſtimonia, non vulgaribus verbis.

* zachar. 5. 2.

* Malach. 4. 1.

Malachiæ teſtimonia, non ſecundũ Vulgatam lectionem.

cituum, quæ non relinquet ex eis radicem & germen. Sed & ſanctus Iob attẽdite, quid de principio impiorũ & fine diſceptauerit dicens. *Propter quid impij viuũt, & ſenuerunt inhoneſte, & ſemen eorũ ſecundum deſiderium eorum, & filij eorum ante conſpectum eorum, & domus eorũ fructuoſæ ſunt, & timor nunquam nec plaga domini eſt ſuper eos. Vacca eorum non abortiuit, & prægnans eorum pertulit partum, & non errauit, ſed permanet ſicut oues æternæ. Et pueri eorum gaudent, & pſalterium ſumentes & cytharam finierunt in bonis vitam ſuam, in requiem inferorum dormierũt.* Nunquid Deus facta impiorum nõ reſpicit? Non ergo * *ſed lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis euerſio, & dolores tanquam parturientis eos ab ira tenebunt. Et erunt ſicut paleæ à vẽto, & ſicut puluis, quem abſtulit turbo. [Deficiant filijs eius bona, videant oculi eius oc-*

Iobi teſtimonia aliis verbis a vulgata lectione.

*Iob.21.7.

*Iob.21.17.

cio-

cionem ſuam, nec à Domino reſaluetur. Et poſt aliquanta de eiſdem. * *Qui gregẽ* (inquit) *cũ paſtore rapuerunt, & iumentũ orphanorum abduxerunt, & bouem viduæ pignorauerunt, & declinauerũt imponẽtes à via neceſſitatis. Agrum ante tempus non ſuum demeſſi ſunt, pauperes potentium vineas ſine mercede & ſine cibo operati ſunt, nudos multos dormire fecerunt ſine veſtimentis, tegmen animæ eorum abſtulerunt.* Et poſt pauca, cùm ergo ſciret eorum opera, tradidit eos in tenebras. * *Maledicatur ergo pars eius à terra, pariant plantationes eius aridæ. Retribuatur ergo illi ſicut egit, * cõtribuletur omnis iniquus ſicut lignum ſine ſanitate. In iracundia enim ſurgens impotentem euertit. Propterea enim * non credet de vita ſua cùm infirmari cœperit, non ſperet ſanitatem, ſed cadet in languorem. Multos enim læſit ſuperbia eius, & marcidus factus eſt ſicut mal*

* Iob. 24. 2.

* Iob. 24. 18.

* Iob. 24. 20.

* Iob. 24. 22.

ua in æstu, velud spica cùm de stipula sua decidit. Et infra. * Quod si mult i fuerint filij eius, in occisionem erunt. Quod & si collegerit vt terram argentum, & similiter vt lutum rarauerit aurũ, hæc omnia iusti consequuntur]. Quid præterea beatus Esdras propheta ille bibliotheca legis minatus sit attendite, hoc modo disceptans.

* Iob. 27. 14.

4. Esdr. 15. 22.

* Hæc dicit Dominus meus. Non parcet dextera mea super peccantes, nec cessabit romphæa super effundẽtes sanguinem innocuum super terram. Exibit ignis ab ira mea, & deuorabit fundamenta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea dicit Dominus, non parcã illis. Discedite filij apostatæ, & nolite contaminare sanctificationem meam. Nouit Deus qui peccant in eum, propterea tradet eos in mortem, & in occisionem. Iam enim venerũt super orbem terrarum mala multa.

Hæc Esdræ testimonia, non nihil etiã differunt a vulgata lectione.

Imo

* *Immiſſus eſt gladius vobis ignis, & quis eſt qui recutiet ea?* [*Nũquid recutiet aliquis leonem eſurientẽ in ſilua? aut nunquid extinguet ignem cùm ſtramen incenſum fuerit? Dominus Deus mittet mala, & quis eſt qui recutiet ea? & exibit ignis ex iracundia eius, & quis extinguet eũ? Coruſcabit, & quis non timebit? tonabit, & quis non horrebit? Deus cuncta minabitur, & quis non terrebitur? A facie eius tremet terra, & fundamẽnta maris fluctuãtur de profũdo*] .Ezechiel quoq; ꝓpheta egregius, quatuorq; euangelicorum animaliũ mirandus inſpector, quid de ſceleratis edixerit, attẽdite, cui primũ Dominus miſerabiliter plagam Iſrael deflenti ait. * *Iniquitas domus Iſrael & Iuda inualuit nimis, quia impleta eſt terra iniquitate & immunditia.* * *Ecce ego ſum, non parcet oculus meus neq; miſerebor*. Et infra. * *Quoniam terræ plena populis,*

4. Eſdr. 16. 34

Ezechielis teſtimonia ſunt hic aliis verbis quam in vetere tranſlatione.

* Ezhe. 9. 9.

* Eche. 5. 8. & 11.

* Eze. 7. 23.

& ciuitas plena iniquitate est, & auertam impetum virtutis eorum, & polluentur sancta eorũ. Exoratio veniet, & quæret pacem & non erit.

*Eze.14.12. Et post aliquanta. * Factus est (inquit) sermo Domini ad me dicens. Fili hominis terra quæ peccauerit mihi vt delinquat delictum, extendam manum in eam, & conteram eius firmamentũ panis, & emittam in eam famem, & tollam de ea hominem, & pecora. Et si sint tres viri isti in medio eius Noë, Daniël, & Iob, non liberabunt eam, sed ipsi in sua iustitia salui erunt, dicit Dominus. Quòd si etiam bestias malas inducam super terram & puniam illam, & erit in exterminium, & non erit qui iter faciat à facie bestiarũ. Et tres viri isti in medio eius sint, viuo ego dicit Dominus, si filij & filiæ eius liberabuntur, sed ipsi soli salui erunt, terra autem erit in interitum.*

*Eze.18.20. Et iterum. * Filius non accipiet iniustitiam patris, neque pater*

ter accipiet iniustitiam filij. Iustitia iusti super ipsum erit. Et iniquus si auertat se ab omnibus iniquitatibus quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat iustitiã & misericordiã multã, vita viuet & nõ morietur. Omnia delicta eius, quæcũq; fecit, nõ erũt: in sua iusticia, quã fecit, vita viuet. Nunquid voluntate volo mortẽ iniusti (dicit dominus) quã vt auertat se à via sua mala & viuat? Cùm se autem conuerterit iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus, omnes iustitiæ quas fecit, non erunt in memoria. In delicto suo, quo excidit, & in peccatis suis, quibus peccauit, morietur.

[Et post aliquanta. *Et scient omnes gentes, quia propter peccata sua captiui ducti sunt domus Israel, eo quod reliquerunt me. Et auerti faciem meã ab eis, & tradidi eos in manus inimicorũ eius, & omnes gladio ceciderunt. Secundum immũdicias suas *Eze.39.23.

ſuas, & ſecundum iniquitates ſuas feci illis, & auerti faciam meam ab eis[.Hæc de ſanctorum prophetarum minis dixiſſe ſufficiat: pauca tantũ de ſapientia Salomonis, quæ ad hortationem vel denuntiationẽ exprimant regibus, non minus quam minas huic opuſculo inſerere neceſſarium duxi, ne dicant me grauia& importabilia in humeros hominum verborum onera velle imponere, digito autẽ meoea(id eſtcõſolatorioaffatu) nolle mouere. Audiamus itaq; quid propheta dixit. * *Diligite* (inquit) *iuſtitiam, qui iudicatis terram*.Hoc vnum teſtimonium (ſi toto corde ſeruaretur) abũdè ad corrigendos patriæ duces ſufficeret. Nã ſi dilexiſſent iuſtitiam, diligerent vtiq; fontem quodãmodo & originem totius iuſtitiæ Deum. * *Seruite Domino in bonitate, & in ſimplicitate*

*Sapi.1.1.

*Sapi.1.1.

tate cordis quærite eũ. Heu quis vi-
&tur° eſt (vt quidã ante nos ait)
quando iſta à ciuibus perfician
tur, ſi tamẽ vſquam perfici poſ-
ſunt, * *Quoniam inuenitur ab his* *Sapi.1.2
qui nõ tentant illum, apparet autem
eis qui fidem habent in eum. Nam
iſti ſine reſpectu tentant deum,
cuius præcepta contumaci de-
ſpectione contemnunt, nec fi-
dem ſeruant illi, cuius oraculis
blandis vel aliquantulum ſeue-
ris dorſum verſant & non faci-
em. * *Peruerſæ enim cogitationes* *Sapi.1.3
ſeparant à Deo. Et hoc in tyran-
nis noſtri temporis perſpicuè
deprehenditur. Sed quid no-
ſtra mediocritas huic tã aperto
ſenſui miſcetur? Loquatur nãq;
pro nobis (vt diximus) qui ſo-
lus verax eſt, ſpiritus ſcilicet
ſanctus, de quo nunc dicitur.
**Spiritus autem ſanctus diſciplinæ ef* *Sapi.1.2
fugiet fictum. Et iterum. * *Quoniã* *Sapi.1.5
ſpiritus Dei repleuit orbem terrarũ.

Et

Et infra (finem malorũ bonorumq́; oculato iudicio prætentẽdens) ait. *Quomodo spes impij tanquam lanugo est quæ à vento tollitur, & tanquam fumus qui à vento diffusus est, & tanquã spuma gracilis quæ à procella dispergitur, & tanquã memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autem in perpetuũ viuent, & apud Deum est merces illorum, & cogitatio eorum apud altissimum. Ideo accipient regnũ decoris, & diadema speciei de manu domini. Quoniam dextera sua proteget eos, & brachio sancto suo defendet illos.* Dissimiles etenim qualitate sunt valde iusti & impij, nimirum (vt dixit Dominus) *Eos, qui honorant (inquiens) me, honorabo: &, qui me spernunt, erunt ignobiles.* [Sed transeamus ad cętera. *Audite (inquit) omnes reges & intelligite, dicite iudices finium terræ, præbete aures vos qui continetis multitudines, & places*

*Sapi.5.15.

1.Sam.2.30.

*Sap.6.2.

cetis vobis in turbis nationũ. Quoniam data est à Deo potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniã cùm essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem eius ambulastis. Horrende & celeriter apparebit vobis, quoniam iudiciũ durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguis enim cõceditur misericordia, potentes autẽ potenter tormẽta patientur. Non enim personas subtrahet, qui est omniũ dominator: nec reuerebitur magnitudinẽ cuiusquã, quoniã pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi pro omnibus. Fortioribus autẽ fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges hi sunt sermones mei, vt discatis sapientiam, & non decidatis. Qui enim custodierint iusta, iustificabũtur, & qui didicerint sancta, sanctificabuntur. Hactenus cum regibus patriæ non mi-

minus prophetarum oraculis quam nostris sermonibus disceptauimus, volentes eos scire

Eccle.21.2. quę ꝑpheta dixerat, *Quasi* (inquiẽs) *à facie colubri fuge peccata. Si accesseris ad illa, suscipient te dentes leonis, dentes eorum interficiẽtes animas hominũ.* Et iterũ.

*Eccle.17.28. * *Quam magna misericordia Domini, & propitiatio eius conuertentibus ad se.* Et si non habemus in nobis illud apostolicum vt dicamus,

*Rom.9.3. * *Optabam enim anathema esse à Christo pro fratribus meis*, tamen illud propheticum toto corde possimus dicere. *Heu quia anima perit.* Et iterum.

*Thre.3.40. * *Scrutemur vias nostras, & quæramus & reuertamur ad Dominum: leuemus corda nostra cũ manibus ad Deum in cœlo.* Sed & illud Apostoli: *

*phil.1.8. * *Cupimus vnumquemq; vestrum in visceribus Christi esse.* Quam enim libẽter hoc in loco acsi marinis fluctib. iactatus & in optato euectus por-

portu remis, si non tantos talesq; malitiæ episcoporum, vel cæterorum Sacerdotum, aut clericorum * in nostro quoque ordine erigi aduersus DEVM vidissem, mõtes, quos me secundum legem ceu testes primum duris verborum cautibus, dein populũ (si tamẽ sanctionib. inheret) nõ vt corporaliter interficiantur, sed mortui vicijs viuant Deo (ne personarum arguar exceptionis) totis necesse est viribus lapidare, verecundia interueniente quiescerem. Sed mihi quæso, vt iam in superioribus dixi, ab his veniã impertiri (quorũ vitam nõ solum laudo, verumetiam cunctis mundi opibus præfero, cuiusq; me, si fieri possit, ante mortis esse aliquandiu participem opto & sitio) nostris iã nunc ob vallatis sanctorum duobus clipeis lateribus inuictis dorso aduer-

* Polydorus non recte pertendens hoc in loco verborum sensum, ex his verbis (*in nostro quoq; ordine*) dicit ostẽdi Gildam fuisse monachũ, cum tamen Gildas in sequentibus μὰ γῆ quidem de monachis habeat. Constructio itaq; verborũ est. Quam libenter hoc in loco quiescerẽ. &c. nisi in nostro quoq; ordine tantos mõtes malitiæ Episcoporum vel cæterorũ sacerdotum, aut clericorũ erigi aduersus Deum vidissem, &c.

sitatis mœnia, stabilito capite pro galea adiutorio domini fidissime contecto crebro veracium volatu, vel alitent conuiuiorum cautes].

Autor, finita correctione sua in Reges, Principes, & Iudices, iam agreditur secundam partem principalis causæ, quæ cõtinet acrem castigationẽ in sacerdotalem ordinem.

SAcerdotes habet Britãnia, sed insipientes: quam plurimos ministros, sed impudentes: clericos, sed raptores subdolos: pastores (vt dicuntur) sed occisioni animarum lupos paratos (quippè nõ comoda plebi prouidentes, sed proprij plenitudinem ventris, quęrentes): eccleſiæ domus habentes, sed turpis lucri gratia eas adeuntes: populos docentes, sed prębendo pessima exempla, vitia, maloſq; mores: raro sacrificãtes, & nunquam puro corde inter altaria stantes: plebem ob peccata non corripientes, nimirũ eadem agentes: pręcepta Christi spernentes, & suas libidines votis omnibus implere curantes

tes: * ſedem Petri apoſtoli immundis pedibus vſurpantes, ſed merito cupiditatis in Iudæ traditoris peſtilentem cathedram decidentes: veritatē pro inimico odientes, & mendacijs acſi chariſſimis fratribus fauentes: iuſtos inopes immanes quaſi angues toruis vultib⁹ cōſpicantes, & ſceleratos diuites abſq; vllo verecundię reſpectu ſicut cœleſtes angelos veneran tes: egenis eleemoſynam eſſe dādam ſummis è labijs prædicantes, ſed ipſi vel obolum nō dantes: nefanda populi ſcelera tacentes, & ſuas iniurias quaſi chriſto irrogatas amplificātes: religioſam fortè matrem ſeu ſorores domo pellentes, & externas veluti ſecretiori miniſterio familiares indecenter leuigantes, vel potius (vt vera dicā licet inepta nō tam mihi quam talia agentibus) humiliantes:

Aduerte omnes ſacerdotes ſedere in cathedra Petri

eccleſiaſticos poſt hæc gradus propenſius quam regna cœlorum ambientes, & tyrannico ritu acceptos defendentes, nec tamen legitimis moribus illuſtrantes: ad præcepta ſanctorũ (ſi aliquando dun taxat audierint quæ ab illis ſępiſſimè audienda erant) oſcitantes ac ſtupidos, & ad ludicra & ineptas ſecularium hominũ fabulas, ac ſi iter viæ, quę mortis, pandunt ſtrenuos & intentos: pinguedinis gratia taurorum more raucos, & ad illicita infœliciter promptos: vultus arroganter in altũ habentes, & ſenſus conſcientia remordente ad ima vel tartarum demerſos: vno ſanè perdito denario mœſtos, & ad vnum inquiſitũ lætos: in Apoſtolicis ſanctionibus ob inſcitiam vel peccatorum pondus (ora etiã ſcientiũ obturantes) hebetes ac mutos & inflexibus

mun-

mundialium negotiorum men
dacibus doctiſſimos: quorũ de
ſcelerata cõuerſatione multos
ſacerdotio irruẽtes, potius vel
illud penè omni pecunia redi-
mẽtes quam tractos,& in eodẽ
veteri infauſtoq; intolerabiliũ
piaculorum cœno poſt ſacerdo
talem epiſcopatus vel preſbyte
rij ſedem (qui nec ibidẽ vſquã
ſederunt) vtpotè indigne por-
corum more volutantes,rapto
tantũ ſacerdotali nomine nec
tamen tenore,vel apoſtolica di
gnitate accepta,ſed qui nondũ
ad integram fidem ſunt vel ma
lorum pœnitẽtia idonei, quo-
modo ad quẽlibet eccleſiaſticũ
(vt nõ dicam ſummum)conue-
niẽtes & adepti gradum,quem
non niſi ſancti atq; perfecti, &
Apoſtolorum imitatores,&(vt
magiſtri gentiũ verbis loquar)
irreprehẽſibiles legitime &abſ
que magno ſacrilegij crimine

ſuſcipiunt. Quid enim tam impium tamq; ſceleſtum eſt, quã ad ſimilitudinẽ * Simonis Magi (non interuenientibus licet interea promiſcuis criminib⁹) epiſcopatus officiũ vel preſbyterij terreno prætio, quod ſanctitate rectiſq́; moribus decẽtius acquiritur, quempiam velle mercari? Sed in eo iſti propenſius vel deſperatius errant, quo non ab apoſtolis vel apoſtolorum ſucceſſoribus, ſed à tyrannis & a patre eorum diabolo fucata & nunquam profutura emunt ſacerdotia : quin potius velut culmen tectumq́; malorum omniũ quoddã quo non facile eis improperẽtur à quoquam admiſſa priſca vel noua, & cupiditatis gulæq́; deſideria [vtpote præpoſiti multorum facilius rapiãt], cœleſtę vitę ſtructuræ ſnperponunt. Nã ſi talis profecto coemptionis cõditio

*Act.8.18.

ab

ab impudentibus iſtis non dicam apoſtolo Petro, ſed cuilibet ſancto Sacerdoti pioq́; regi ingeſta fuiſſet, eadem reſponſa accepiſſent, quę ab apoſtolo author eorundem magus Simon dicẽte Petro, **Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Sed fortè heu, qui ambitores iſtos ordinant (imò potius humiliãt, atque pro benedictione maledicunt, dum ex peccatoribus non pœnitẽtes quod rectius fuerat, ſed ſacrilegos & deſperatos faciunt, & Iudam quodammodo in Petri cathedra Domini traditorem, ac Nicolaum in loco Stephani martyris ſtatuunt immundę hæreſios adinuentorẽ) eodem modo ſacerdotio adſciti ſunt: & ideo non magnopere teteſtãtur in filijs, quinimo venerantur, quod ſimiliter vt patribus ſubinde veniſſe certiſſimũ eſt. Etenim eos (ſi in par-

* Act. 8. 20.

rochiam reſiſtentibus ſibi & tã pretioſum quæſtum denegantibus ſeuere cõmeſſoribus hùiuſcemodi margaritam inuenire non poſſint (præmiſſis ante ſolicite nuntijs) tranſnauigare maria terraſq; ſpatioſas tranſmeare nõ tã piget quã delectat, vt omnino talis ſpecies inęquiparabiliſque pulchritudo &(vt verius dicam) zabolica illuſio vel venditis omnibus copijs comparetur. Dein cum magno apparatu magnaq; phantaſia, vel potius inſania repedantes ad patriam ex erecto erectiorem inceſſum pingunt, & duduni ſummitates montiũ conſpicantes, nunc recte ad æthera vel ad ſumma nubiũ vellera luminuni ſemidormitãtes acies librant, ac ſeſe noua quędã plaſmata, imo diabolica organa (vt quondã Nouatus Romæ, dominicę mulctator marga-

garitæ porcus niger)patriæ ingerunt, violenter manus non tã venerabilibus aris quam flammis inferni vltricibus dignas in tali schema positi sacrosanctis Christi sacrificijs extensuri. Quid tu infœlix populè à talibus (vt dixit Apostolus)*bestijs ventris pręstolaris? His ne corrigeris, qui seipsos non modo ad bona non inuitant, sed secundum prophetæ exprobrationem * *laborant vt inique agant?* Talibus ne oculis illustraberis, qui hæc tantum auidè speculantur, quæ procliuè vitijs (id est, tartari portis) ducãt? Vel certè secundum saluatoris dictum, si non istos *rapacissimos vt Arabiæ lupos, *acsi Loth ad montem igneum Sodomorum ymbrem prępropere fugeritis, *cęci educti à cæcis pariter in inferni foueam cadetis. Sed forsitan aliquis dicat, non ita om-

*Tit.1.12.

*Iere.9.5.

*Mat.7.16

*Gen.19.20.

*Matth.15.14.

nes epiſcopi vel presbyteri vt ſuperius comprehenſi (quia nō ſciſmatis, non ſuperbiæ, nō immūditiæ infamia màculantur) mali ſunt, quod nec vehementer & nos diffitemur. Sed licet ſciamus eos caſtos eſſe & bonos, breuiter tamen reſpondebimus. Quid *profuit Heli ſacerdoti, quod ſolus non violauerit præcepta Domini rapiendo in fuſcinulis antequam adeps Domino offerretur ex ollis carnes, dū *eadē mortis ira, qua filij ſunt, mulctatur? Quis rogo eorū *ob inuidiā melioris hoſtiæ cœleſtiq; igni in cœlis euectę, vt Abel, occiſus? qui etiam mediocris verbi aſpernantur conuitium. Quis **perosus* eſt *conſilium malignātium, & cum impijs non* ſedit, ita vt de eo veridice quaſi de Enoch diceretur. **Ambulauit Enoch cum Deo & nō inueniebatur*, in mūdi ſcilicet vani-

1.Sam.2.11. & 22.3.12.

Exempla e veteri teſtamēto

1.Sam.4.11.

Abel.

Gene.4.8.

Enoch.

Pſal.25.59.

Gene.5.24.

nitate omnis post idola ꝓcliue id temporis claudicare (relicto Deo) insipientis? Quis eorũ salutari in * arca (hoc est, nunc ecclesia) nullũ Deo aduersantẽ, vt Noe diluuij tempore, nõ admisit, vt perspicue monstraretur nõ nisi innoxios vel pœnitẽtes egregios in dominica domo esse debere? Quis victorib⁹ solum & in * tricentenario numero (hoc est trinitatis sacramento) liberato iusto regum quinque victriciumq́; turmarũ exercitus ferales vincentibus & nequaquam aliena cupientibus sacrificium offerens, vt Melchisedech, benedixit? Quis sponte * proprium in altari capite cædendum, vt Abraham Deo iubente, obtulit filium, vt simile quoddam huic impleret Christi mandatum dicentis * oculum dextrum scandalizantem euelli debere, & pro-

Noe. Gen. 7. 7.

Melchisedech. Gen. 14. 18.

Abraham. Gen. 22. 1.

Matth. 5. 29.

Iere.48.10. prophetæ prȩcaueret, ſe maledictum eſſe *gladium & ſanguinem* prohibentem? Quis * memoriam malefacti de corde radicitus, vt Ioſeph, euulſit? Quis in *monte cum Domino locutus, & nequaquam cõcrepantibus tubis exinde perterritus duas tabulas *cornutamq́; faciem aſpectu incredulis inhabilem & horrendam tropico ſenſu, vt Moyſes, aduexit? Quis eorum pro peccatis populi exorans imo de pectore clamauit, vt ipſe, **Domine* (inquiens) *peccauit populus iſte peccatum grande, quod ſi dimittis eis, dimitte: alioquin dele me de libro tuo?* [Quis * zelo Dei accenſus mirabili ad vltionem fornicationis ſine dilatione ſanando pœnitẽtię medicamine ſtupri affectũ, ne ira populo inardeſceret, ſicut phinees ſacerdos (vt per hoc in ęuo *reputaretur illi iuſtitia) ſtrenue con-

Ioſeph. Gen.50.15.

Moyſes. *Exod.19.16. *Exo.34.29. *Exod.32.31.

*Num.25.7. Phinees.

Ab hoc loco ſunt prætermiſſa in Polydori editione, ad 3. folia & dimidium.

*Pſal.105.31.

ſur-

surrexit? Quis verò eorũ vel in *extirpationẽ vsq; ad internicionẽ de terra repromissionis septem gentiũ morali intelligẽtia, vel ad constabilitionem spiritualis Israel pro eis Iesum Naue imitatus est? Quis eorũ populo DEI finales terminos trans Iordanẽ (vt sciretur quid cuiq; tribui cõueniat) sicut supradicti phinees scilicet & Iesus sagaciter diuisere, ostendit? Quis vt * aduersariorum plebi Dei innumera ꝓsterneret gentium milia *vnicã filiã (quę propria voluptas intelligitur) imitans & in hoc Apostolũ dicentẽ, **Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant*, obuiantẽ victoribus cum tympanis & choris (id est, carnalib⁹ desiderijs) in sacrificiũ votiuę placationis, vt Iephtę, mactauit? Quis eorũ ad cõturbãda, fugãda, sternendaq; superbarũ gentium

Iesus Naue.
*Ioſ.24. 11.

Phineus & Iesus.

Iephte.
*Iudi.11.29.
*Iudi.11.34.

1.Cor.10.33.

Gedeon.

tium caſtra myſterij trinitatis
(vt ſupradiximus) * cum lage-
Iudi.7.6. nas viris tenẽtib⁹ * egregias in-
Iudi.7.16. & 20. manibus ſonanteſq; tubas (id
eſt propheticos & apoſtolicos
ſenſus, vt dixit Dominus pro-
phetæ. * *Exalta quaſi tuba vocem*
Iſa.58.1. *tuam*. Et Pſalmiſta de Apoſtolis
pſal.18.5. **In omnẽ terrã exiuit ſonus eorum*)
Iudi.7.16. & 20. & *lagenas ſplẽdidiſſimo ignis
lumine noctu coruſcantes (quę
accipiuntur in ſanctorũ corpo-
ribus bonis operibus annexis,
& ſancti ſpiritus igni ardẽtibus
2 Cor.4.7. vt Apoſtolus * habentes inquit
theſaurum iſtum in vaſis fictilibus)
Iudi.6.25. poſt *idolatriæ luci (quod mo-
raliter interpretatum conden-
ſæ & fuſcę cupiditatis) ſucciſio-
Iudi.6.36. nem ſiluæ & * euidentia ſigna
Iudaicj velleris ymbris cœle-
ſtis expertis, & gẽtilis rore ſan-
Iudi.7.1. cti ſpiritus madefacti * fide non
Sampſon. dubia, vt Gedeon, ꝓceſſit? Quis
Iudi.16.30. Phil.1.23. eorum *mori exoptans mundo

&

& viuere Christo * luxuriosos gentium conuiuas laudantes, Iudi.16.23.

*Deos suos (id est, sensus extollentes diuitias, vt Apostolus *& auaritia* inquit, *quæ est simulacrorũ seruitus*) * cõcussis duabus virtute brachiorum columnis (quę intelligũtur in voluptatibus nequam animæ carnisque, quibus domus humanę omnis nequitię quodãmodo pãgitur ac fulcimentatur) tã innumerabiles, vt Sampson, pstrauit? Quis * orationibus holocaustoque lactantis agni Philistinorum metum depellens, *insperatas tonitruornm voces nubiumq; ymbres concitans, * absq; adulatione regem constituens, *eundem Deo non placentem abijciens * vncto pro illo meliore in regno, vt Samuel, valedicturus populo astabit hoc modo dicens. **Ecce præsto sum, loquimini coram Domino & christo eius, vtrum*

Iudi.16.24.

Col.3.5.

Iudi.16.30.

Samuel.

1.Sam.7.9.

1.Sam.12.17.

1.Sam.10.1. & 17.

1.Sam.13.14. & 15.28.

1.Sam.16.13.

1.Sam.12.3.

vtrum bonem cuiusquam tulerim, an asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi? Cui à populo responsum est dicente. 1.Sam 12.4. **Nō es calumniatus nos, neq; oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiā.* Quis eorū igne cœlesti *Helias.* *centum superbos exurens, 2.Reg.1.9.et 11 *quinquaginta humiles seruās, 2.Reg.1.13. & absque adulationis fuco non Deum per prophetas, sed *idolum Accaron consulenti mortem *imminentem iniquo regi 1.Reg.16.13. annūcians, *omnes prophetas 2.Reg.1.16. simulachri Baal (qui interpretati accipiuntur sensus humani 1.Reg.18.40. inuidiæ, auaricię, vt iā diximus, semper intēti) mucrone coruscō (hoc est verbo Dei) vt Helias egregius vates, prostrauit, & zelo Dei commotus iniquorū terræ *ymbres adimens ætherales, ac si fortissimo penurij 1.Reg.17.1. Iac.5.17. clustello tribus annis sexque men-

mensibus obseratos fame, siti moribundus in deserto cóquestus est, *"*Domine* (inquiens) *prophetas tuos occiderũt, & altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærũt animam meã?* Quis eorum *charissimum discipulum terrenis extra solitũ póderibus oneratũ, *quę ante ea à se magnopere licet rogato vt acciperet despecta fuissent, & si nó *perpetua lepra, vt Heliseus, saltim expulsione mulctauit? Et quis ex illis *puero in vitę desperatione æstuãti, atq; improuiso super bellico hostiũ apparatu ciuitatem, in qua erãt, obsidẽtium tremefacto inter nos (vt illę) animæ * visus feruenti exoratione ad Deum facta (ita vt intueri poterit auxiliarium cœlestis exercitus, armatorum curruũ ceu equitũ ignito vultu fulgẽtium mótem plenum) patefecit, & *credere quin fortior

Heliseus.

1. Reg. 19. 10.

2. Reg. 5. 23.

2. Reg. 5. 16.

2. Reg. 5. 27.

2. Reg. 6. 30.

2. Reg. 6. 17.

2. Reg. 6. 16.

tior eſſet ad ſaluandum quam inimici ad pugnādum? Et quis
2.Reg.4.34. eorum * corporis tactu mortui ſcilicet mundo, viuentis autem
2.Reg.4.20. Deo *alij diuerſo funere occubāti, proculdubio mortuo deo vitijs vero viuenti, quaſi ſupradictus, proficiet, ita vt ſtatim proſiliens Chriſto grates pro ſanitate agat cunctorum pœnę mortalium ore deſperata? Cuius eorum * carbone ignito de altari forcipe cherubin adue-

Eſaias.

*Eſa.6.6.

*Eſa.6.7. cto (vt *peccata ſua delerentur humilitate confeſſionis) labia, vt Eſaię, mundata ſunt, & *efficaci oratione ſibi adiuncta pij regis Ezechiæ ſupplantatione *centum octoginta quinq; millia exercitus Aſſyriorum nullo apparente vulneris veſtigio an-

2.Reg.19.1, & 14.& Eſai.37.1 & 15.

*Eſai.37.36.& 2.Reg.19.35.

*Eſa.37.21.& 2.Reg.19.20. geli manu, vt * ſupradicti, proſtrata ſunt? Quis eorū ob præcepta Dei, & *minas cœlitus datas veritatēq; vel non audienti-

Ieremias.

*Iere.1.17. bus

bus proferēdam squalores pedoresq; *carcerū, vt *momentaneas mortes, vt beatus Ieremias excepit? Et ne multa. Quis eorum vt magister gentium dixit *errare in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ, * lapidari, secari, totius mortis genere pro nomine domini attentari, sicut sancti prophetę, perpessus est. Sed quid immoramur in exēplis veteribus, acsi non essent in nouo vlla? Audiant itaq; nos, qui absq; vllo labore angustum hoc iter Christianę religionis prætento tātū sacerdotali nomine intrare se putant, carpentes paucos flores, veluti summos de extento sanctorum noui Testamenti tyronum amœnoque prato]. Quis vestrum, qui torpetis potius quam sedetis legitime in sacerdotali sede, *eiectus de cōsilio impiorum, post *diuersa-

Ier.20.2:32.2: 37.15:38.6. Iere.26.8. & 14.

Prophetæ.

Heb.11.38.

Heb.11.37.

Exempla ex nouo testamento.

Act.11.50.

Act.16.23.

rum plagas virgarum, vt sancti Apostoli, quod dignus habitus est pro Christo vero Deo *contumeliã pati, [toto corde trinitati gratias egit? Quis ob testimonium verum Deo ferendum fullonis vecte cerebro percussus, vt Iacob⁹ primus in nouo duntaxat episcopus testamẽto, corporaliter interijt? Quis gladio vestrum ab iniquo principe, vt * Iacobus Ioannis frater, capite cæsus est? Quis, vt *prothominister martyrq́;euangelicus (hoc solũ criminis habens, quod *viderit Deum quem perfidi videre nequiuerant) nefandis manibus lapidatus est? Quis inuersis pedibus crucis affixus pro reuerentia Christi patibulo, quem nõ minus morte quam vita honoraturus, vt clauicularius ille cœlorum regni idoneus, extremum halitũ fudit?] Quis ex vobis gladij ictu

Acto.5.41. *Iacobus primus.* *Iacobus secundus.* Acto.12.2. Acto.7.57. *Stephanus.* Acto.7.55. *Petrus.* *Paulus.*

ictu veridicantis pro confessi-
one Christi post vincula,carce-
ris naufragia,amarãm virgarũ
cędem,post fluminũ, latronum
gentium,Iudęorum, pseudoa-
postolorum cõtinua pericula,
post famis, ieiunij, vigiliarum
labores, post perpetẽ solicitu-
dinem omniũ ecclesiarũ,post ę-
stum pro scandalizãtibus,post
infirmitatem pro infirmis,post
admirabilem prędicando Chri-
sti Euangelium orbis penè cir-
cuitum, vt vas electionis ma-
gisterq́; gentium electus,capite
plexus est? Quis vestrum,vt san
ctus martyr Ignatius Antio- *Ignatius.*
chiæ vrbis episcopus, post ad-
mirabiles in Christo actus ob
testimonium eius leonum mo-
lis Romę confractus est? cuius
verba cùm ad passionẽ duce-
retur audiẽtes (si aliquãdo vult⁹
vestri rubore suffusi sunt) non
solum in cõparatione eius vos

non putabitis sacerdotes, sed ne mediocres quidem christianos esse. Ait enim in Epistola quam ad Romanam Ecclesiam misit: *A Syria vsq; Romã cum bestijs terra mariq; depugno die ac nocte, cõnexus & colligatus decẽ leopardis militibus (dico) ad custodiã datis, qui ex beneficijs nostris sauiores fiunt, sed ego eorum nequitijs magis erudior, nec tamen in hoc iustificatus sum. O salutares bestias, quæ præparantur mihi, quando venient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnibus meis? quas ego exopto acriores parari, & inuitabo ad deuorationem mei, & deprecabor ne fortè (vt in nonnullis fecerunt) timeant attingere corpus meum, quinimo, & si cunctabuntur, ego vim faciam, ego me ingeram. Date (quæso) veniã, ego noui quid expediat mihi, nunc incipio esse Christi discipulus: faceſſat inuidia vel humani affectus, vel nequitiæ spiritualis, vt in Iesum Chri-*

stum

ſtum adipiſci merear ignes, cruces, beſtias, diſperſiones oſſiũ, diſcerpſiones q̃ membrorum, ac totius corporis pœnæ, & omnia in me vnũ ſupplicia diaboli arte quæſita cõplentur, dummodo Ieſum Chriſtum merear adipiſci. Quid ad hæc dormitantibus animę oculis aſpicitis? Quid talia ſurdis ſenſuũ auribꝰ auſcultatis? Diſcutite (quæſo) tenebroſam atramq́; cordis veſtri caliginem teporis, vt veritatis & humilitatis prefulgidũ lumen videre poſſitis. Chriſtianus non mediocris ſed perfectus, ſacerdos non vilis ſed ſummus, martyr non ſegnis ſed prȩcipuus dicit: *Nunc incipio eſſe Chriſti diſcipulus*. Et vos acſi *lucifer ille de cœlo proiectus, Eſa. 14. 12. verbis nõ poteſtate erigimini, & quodammodo ſub dente ruminatis & geſtibus prętẽditis, quæ antea actor veſter depinxerat: * *in cœlum* inquiens *con-* Eſa. 14. 13.

ſcendam & ero ſimilis altiſſimo. Et iterum. *Ego fodi & bibi aquam, & exiccaui veſtigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Multo rectius oportebat vos imitari illum & audire, qui totius bonitatis & humilitatis vere inuictum exemplar eſt, dicentem per prophetam: *Ego autem ſum vermis & nõ homo, opprobrium hominũ & abiectio plebis. O mirabile quoddam dixiſſe eum opprobrium hominũ, cum omnis mũdi opprobria deleuerit, & iterum in euangelio, *non poſſum ego à me ipſo facere quicquã, cum ipſe coeuus patri ac ſpiritui ſancto cõmunis eiuſdemque ſubſtantiæ cœlum & terram cum omni eorum ineſtimabili ornamento fecerit nõ alterius ſed propria poteſtate, & vos arroganter verba exaltaſſe prophcta dicẽte: *Quid ſuperbit terra & cinis? Sed ad propoſitum reuertar.

Eſa.37.25.

Pſal.21.7.

Ioan.5.30.

Eccle.10.9.

Quis

Quis inquam ex vobis, vt Smirnensis ecclesiæ pastor egregius Polycarpus Christi testis, mensam humane hospitibus ad ignem eum auidè trahẽtibus apposuit, & obiectus flammis pro Christi charitate dixit: *Qui dedit mihi ignis ferre supplicium, dabit, vt sine clauorum confixione flammas immobiliter perferam*. Vnum adhuc pręter magnam verbis volans sanctorum siluam exempli gratia ponam Basilium scilicet Cesarienſem episcopũ, qui cum ab iniquo principe minę hniusmodi intẽtarẽtur, quod (nisi in crastinũ Arriano cœno vt cęteri, macularetur) esset omnino moriturus, dixisse fertur. *Ego sanè ero cras qui hodie sum, tu te vtinam non mutares*. Et iterum. *Vtinam haberem aliquid digni muneris, quod offerrem huic, qui maturius Basilium de nodo follis huius absolueret*. Quis ex vobis

Polycarpus.

Prꝛter magnã verbis volans, id est, prꝛteruolans magnam. &c.

Basilius.

Petrus.

apostolici sermonis regulã, quę ab omnibus semper sanctis sacerdotibus quibusq; temporibus extantibus humanã suggestionem præcipitanter ad nequitiã festinantem recutientibus seruata est, in concussione tyrannorũ indiruptè custodiunt, hoc modo dicens: *Obedire oportet magis Deo quã hominibus?* Igitur confugientes solito more ad Domini misericordiã sanctorumque prophetarum eius voces, vt illi pro nobis oraculorum suorum iacula imperfectis pastoribus (vt antea tyrannis) queis compuncti sanentur, librẽt, videamus quid dominus per prophetas ad desides & inhonestos sacerdotes & nõ bene populũ tã exẽpla quã verba docẽtes minarum loquatur. Nã & Heli ille sacerdos in Silo p eo quod nõ digno Deo zelo seuere in filios contemnẽtes Deum vl-

Acto. 5. 29.

Queis pro quibus.

vltus fuerat, sed molliter & cleměter (vtpote paterno affectu) admonuerat, tali animaduersione damnatur, dicente ad eũ propheta. **Hæc dicit dominus. Manifeste ostẽdi me ad domum patris tui cùm essent in Ægypto seruientes Pharaonis, & elegi domũ patris tui ex omnibus Israel mihi in sacerdotio.* Et post pauca. **Quare respexisti in incensum meum, & in sacrificium meum improbo oculo? & honorificasti filios tuos plusquam me vt benediceres eos à primordio in omnibus sacrificijs corã me?* **Et nũc sic dicit Dominus: Quoniã qui honorificãt me, honorabo eos: & qui pro nihilo habent me, ad nihilum redigentur.* **Ecce dies venient & dispердam nomen tuum, & semen domus patris tui.* **Et hoc tibi signum sit, quòd veniet super duos filios tuos Ophni & Phinees, in vno die morientur ambo in gladio virorum.* Si hæc itaq; patiuntur, qui verbis tan-

vt ante reges & principes, sic hic ecclesiasticos pastores sacris e verbo Dei ministerrete incipit.

1 Sam. 2. 28.

1. Sam. 2. 29.

1. Sam. 2. 30.

1. Sam. 2. 31.

1. Sam. 2. 34.

tãtum ſubiectos & nõ cõdigna vltione emendant, quid ipſis fiet, qui ad mala hortantur peccando & trahunt? [Quid illi quoq; perſpicuum eſt vero vati poſt expletionẽ ſigni ab eodem prędicti, & reſtitutionem aridę manus impio regi niiſſo à Iudea prophetare in Bethel, phibitoq; ne quid ibidem cibi guſtaret, ac decepto ab alio (vt dicibatur) propheta vt parũ quid panis & aquæ ſumeret, obtigit dicente ad eum ſuo hoſpite.

quid illi quoq; perſpicuũ eſt, id eſt, perſpicuum eſt quoq; quid illi, &c.

3. Reg. 13. 21. *Hæc dicit dominus deus. Quia inobediens fuiſti ori domini & nõ cuſtodiſti mandatũ quod præcepit Dominus Deus tuus, & reuersus es, & comediſti panẽ, & bibiſti aquam in hoc loco, in quo mãdaueram tibi, ne manducares panem nec biberes aquam, nõ ponetur corpus tuum in ſepulchro patrum tuorum. Et ſactum eſt* (inquit) *poſtquã mãducauit panem & bibit aquam, ſtrauit ſibi aſinam*

nam suã & abijt, & inuenit eũ leo in via, & occidit eũ]. Esaiam quoq; sanctũ prophetã de sacerdotib⁹ hoc modo loquentẽ audite. *Esaias in sacerdotes.*

**Væ impio in malum, retributio enim manuũ eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eius. Populo meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui & principibus eius. Vos depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum? & facies pauperum commolitis, dicet Dominus exercituum?* Et item. **Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiã scripserunt, vt opprimerẽt in iudicio pauperes, & vim facerẽt causæ humiliũ populi mei, vt essent viduæ præda eorũ, & pupillos diriperent. Quid facietis in die visita-*

Esai. 3. 11.

Esai. 10. 1.

sitationis & calamitatis de longe venientis? Et infra: * *Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt, sacerdotes nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordium, ita vt non esset vltra locus.* *Propterea audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalẽ. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm transierit non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Et post aliquanta. * *Et subuertet grando spem mendacij, & protectionem. Aquæ inundabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellũ iuundans cùm transierit, eritis & in conculca-*

Esa.28.7.

Esa.28.14.

Esa.28.17.

cationem, quandocunque pertranſierit, tollet vos. Et iterum. *Et dixit dominus: Eo quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labijs glorificant me, cor autem eorum longe eſt à me, *ideo ecce ego addã vt admirationẽ faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo. Peribit enim ſapientia à ſapientibns eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. [Væ qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt. Quis videt nos? & quis nouit nos? Peruerſa enim hæc veſtra cogitatio. Et poſt aliquanta. *Hæc dicit dominus: Cœlum ſedes mea, & terra ſcabellum pedum meorum eſt. Quæ iſta eſt domus quam edificabitis mihi, & quis erit locus quietis mei? Omnia hæc manus mea fecit, & facta ſunt vniuerſa iſta dicit Dominus. Ad quem autem aſpiciam, niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu & trementem ſermones meos? Qui immo-

Eſa.29.13.

Eſa.29.14.

Eſa.66.1.

molat bouem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia eligerunt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est]. Ieremias quoq; virgo prophetaq́; quid insipientib. loquatur pastoribus, attendite. *Hæc dicit dominus. Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulanerunt post vanitatem, & vani facti sunt?* Et paulo post. *Et ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? Et tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filijs vestris disceptabo.* Item post aliquanta. *Stupor & mi-*

Ieremias in pastores negligentes.

Iere. 2. 5.

Iere. 2. 7.

Iere. 2. 9.

Iere. 5. 30.

*mirabilia facta sunt in terra. Prophetæ prædicabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit talia. Quid igitur fiet in nouissimis eius? *Cui loquar & contestabor, vt audiat? Ecce incircumcisæ aures eorũ, & audire non possunt. Ecce verbum Domini factum est illis in opprobrium, & non suscipiunt illud: *quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus. A minore quippè vsq; ad maiorem omnes auaritiæ student, & à propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum, [& curabant cõtritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes, pax pax, & non erit pax. Confusi sunt, qui abhominationem fecerunt. Quin potius cõfusione non sunt confusi, & erubescere nescierũt. Quamobrem cadent inter ruentes, in tempore visitationis eorum corruent, dicit dominus.* Et iterũ. **Omnes isti principes declinantium am-*

Iere. 6. 10.

Iere. 6. 12.

Ab hoc loco sunt prætermissa in Polydori editione ad 2. folia.

Iere. 6. 28.

bulantes fraudulenter, æs & ferrum, vniuerſi corrupti ſunt, defecit ſufflatorium in igne, fruſtra conflauit cõflator, malitiæ autem eorum nõ ſunt conſumptæ, argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos. Et poſt pauca.* Ego ſum, Ego ſum. Ego vidi dicit Dominus. Ite ad locũ meũ in Silo, vbi habitauit nomẽ meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael. Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit dominus: Et locutus ſum ad vos mane conſurgens & loquens & nõ audiſtis, & vocaui vos & nõ reſpondiſtis. Faciã domui huic in qua inuocatum eſt nomen meũ, & in qua vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis & patribus veſtris, ſicut feci Silo, & proiciam vos à facie mea. Et iterum.* Filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: & non eſt qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas: quia ſtultè egerunt paſtores, & dominum non

Iere. 7. 11.

Iere. 10. 20.

non quæsierunt. Propterea non intellexerunt, & grex eorum dispersus est. Et post aliquanta. *Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuã huberem, pulchram, fructiferã, speciosam vocabit dominus nomen tuum ad vocem loquelæ grandis, exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Ierc.11.15

Et iterũ. *Venite, cõgregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. Pastores multi demoliti sunt vineã meã, conculcauerũt partem meam, dederunt portionẽ meam desiderabilem in desertum solitudinis. Ierc.12.9

Itemq; loquitur. * Hæc dicit dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Domino non placuit. Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata illorũ. *Prophetæ dicunt eis: Nõ videbitis gladiũ, & fames non erit in vobis, sed pacẽ veram dabit Ierc.14.10 Ierc.14.13

bit Dominus vobis in loco isto. Et dixit dominus ad me: falso prophetæ vaticinãtur in nomine meo, non misi eos & nõ præcepi eis, visionem mẽdacem & diuinationẽ & fraudulentiã & seductionẽ cordis sui prophetãt vobis. Ideo hæc dicit dominus: In gladio & fame consumentur prophetæ illi: & populi, quibus prophetauerũt, proiecti erunt in vijs Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat. Et iterum. *Væ pastoribus, qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit dominus. Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum: Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis illos. Ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, dicit Dominus. *Propheta namq; & sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum, dicit dominus: & idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim & corruent

Iere. 23. 1.

Iere. 23. 11.

ent in ea, afferam enim super eos ma-
la, annum visitationis eorum, dicit
Dominus. Et in prophetis Samariæ
vidi fatuitatem, & prophetabant in
Baal, & decipiebant populum meum
Israel. Et in prophetis Ierusalem vi-
di similitudinem, adulterium, & iter
mendacij: & confortauerunt manus
pessimorũ, vt non cõuerteretur vnus-
quisq; à malitia sua: facti sunt mihi
omnes Sodoma, & habitatores eius
quasi Gomorrha. Propterea hæc di-
cit Dominus ad prophetas: Ecce ego
cibabo eos absinthio, & potabo eos
felle. A prophetis enim Ierusalem est
egressa pollutio super omnem terram.
Hæc dicit Dominus exercituum:
Nolite audire verba prophetarũ, qui
prophetant vobis, & decipiunt vos:
visionẽ enim cordis sui loquuntur, nõ
de ore Domini. Dicunt enim his, qui
me blasphemant, locutus est domi-
nus, Pax erit vobis: & omni, qui am
bulant in prauitate cordis sui, dixe-
runt, Non veniet super eos malum.

Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit & audiuit sermonem eius? Quis considerauit verbum illius & audiuit? Ecce, turbo dominicæ indignationis egreditur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet, non reuertetur furor domini vsque dum faciat, & vsque dum cõpleat cogitationem cordis sui. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. Parum namq; cogitatis vel facitis, quod] sanctus quoque Ioel monens inertes sacerdotes, ac deflens detrimentũ populi pro iniquitatibus eorum edixit: **Expergiscimini qui estis ebrij à vino vestro, & plorate & lamentamini omnes qui bibitis vinum in ebrietatem, quia ablata est ab ore vestro iucũditas & gaudium. Lugete sacerdotes, qui deseruitis altario,* **quia miseri facti sunt cãpi. Lugeat terra, quia miserũ factũ est frumẽtũ, & siccatũ est vinũ, diminutũ est oleũ aruerũt agricolæ. Lugete possessiones*

Ioel in pastores.

* Ioel.1.5.

ex quibus verbi Dei libris sacra testimonia antea differebant in verbis à vulgata lectione, ex iisdem omnibus hic mrsum differunt testimonia.

* Ioel.1.10.

pre

pro tritico & hordeo, quia perijt vindemia ex agro, vitis arefacta eſt, ficus diminutæ ſunt: granata, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacta ſunt, quoniã confuderunt gaudiũ filij hominũ. Quę omnia ſpiritualiter intelligẽda erunt vobis, ne tam peſtilenti fame verbi Dei animæ veſtræ areſcerent. Et iterum.

**Flete ſacerdotes, qui deſeruitis domino, dicentes: Parce domine populo tuo, & ne des hæreditatem tuã in opprobrium, & ne dominẽtur eorũ gentes, vti ne dicant gentes, vbi eſt deus eorum.* Sed hæc vos nequaquam auditis, ſed omnia, quibus propenſius diuini furoris indignatio inardeſcat, admittitis. *Ioel 2.17.

Quid etiam ſanctus Oſee propheta ſacerdotibus veſtri moduli dixerit, ſignanter attendite. Oſee in paſtores.

**Audite hæc ſacerdotes & intendat domus Iſrael & domus regis, infigite auribus veſtris, quoniã ad vos eſt iudicium, quia laqueus facti eſtis* *Oſee. 5. 1.

ſpeculationi, & velut retiaculũ extenſum [ſuper retaberium quod indicatores venationis conſinxerunt]. Vobis etiã à domino alienatio huiuſcemodi intendatur per prophetam Amos dicentem.

Amos in paſtores.

*Amos 5.21.

*Odio habui & repuli dies feſtos veſtros, & nõ accipiã odorem in ſolennibus cõuentionibus veſtris, quia etſi obtuleritis holocauſtomata & hoſtias veſtras, nõ accipiã ea, [& ſalutare declarationis veſtræ non aſpiciam. Transfer à me ſonum cantionum tuarum, & pſalmum organûm tuorum non audiam. Famis etenim euãgelici cibi culina ipſa veſtræ animæ viſcera excõmedens graſſatur in vobis, ſicut ſupradictus propheta prædixit. * Ecce (inquiens) dies veniũt dicit dominus, & immittam famem in terram, non famẽ panis, neque ſitim aquæ, ſed famem in audiendo verbũ Dei, & mouebũtur aquæ à mari vſq; ad mare, & ab Aquilone vſq; ad Orientẽ percur-

organum per ſyncopen pro organorum.

Amos 8.11.

rent quærentes verbum Domini, & non inuenient. [Auribus quoque percipite sanctum Micheam, ac si cœlestem quãdam tubam aduersus subdolos populi principes concisius personantem. Micheas in pastores.

* *Audite nũc* (inquiens) *principes domus Iacob, nonne vobis est vt cognoscatis iudicium odientibus bona, & quærentibus maligna, rapientibus pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab ossibus eorum? Quemadmodum comederunt carnes plebis meæ, & pelles eorum ab eis excoriauerunt, ossa eorum confregerunt, & laniauerunt quasi carnes in olla, succlamabunt ad Deum & non exaudiet eos, & auertet faciem suam ab eis in illo tempore, propter quod malitiosè gesserunt in adinuentionibus suis super ipsos.* [*Hæc dicit dominus super prophetas qui seducunt populum meum, qui mordent dentibus suis, & prædicant in eum pacem, & non est data in os eorũ: excitaui in eum bellum.* Mich. 3. I.

Quæ in vno integro folio ab hoc loco continentur, in Polydori editione deficiunt.

propterea nox erit vobis ex visione, & tenebræ vobis erunt ex diuinatione, & occidet sol super prophetas, & contenebrescet super eos dies, & confundentur videntes somnia, & deridebuntur diuini, & obtrectabunt aduersus omnes ipsi: quoniam non erit qui exaudiat eos, si non ego impleuero fortitudinem in spiritu Domini & iudicio & potestate, vt annuntiem domui Iacob impietates suas, & Israel peccata sua. Audite hæ itaque duces domus Iacob, & residui domus Israel, qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis, qui ædificatis Sion in sanguine, & Ierusalē in iniquitatibus: duces eius cū muneribus iudicāt, & sacerdotes eius cum mercede respondebant, & prophetæ eius cum pecunia diuinabant, & in domino requiescebant, dicentes: Nōne dominus in nobis est? Non venient super nos mala. Ideo propter vos Sion sicut ager arabitur, & Ierusalem sicut specu-

la

la pomarij erit, & mons domus ſicut locus ſyluæ. Et poſt aliquanta. **Heu me, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulã in meſſe, & ſicut racemus in vindemia cùm nõ ſit botrus ad manducandum primitiua. Heu me, anima quia perijt terrenis operibus, ſemper peccatorum reuerentia exoritur reuerens à terra, &, qui corrigat inter homines, non eſt. Omnes in ſanguinem iudicio cõtendunt, & vnuſquiſq; proximum ſuum tribulatione tribulat, in malum manus ſuas præparat*]. Quid Sophonias etiam propheta egregius de veſtris olim commeſſoribus diſceptauerit, attendite (de Ieruſalem nãq; loquebatur quæ ſpiritualiter eccleſia vel anima intelligitur): **O* (inquiens) *quæ erat ſplendida & liberata ciuitas, confidens columba, non obaudiuit vocem, nec percepit diſciplinam, in domino nõ confiſa eſt, & ad deum ſuum non acceſſit.* Et id quare, oſten-

Micheæ 7.

Sophoniæ.

* Soph. 3.

Soph.3.3. stendit. * *Principes eius sicut leo rugientes, iudices sicut lupi Arabiæ non relinquebant in mane, prophetæ eius spiritum portantes viri cõtemptoris, sacerdotes eius prophanabant sancta, & impie agebant in lege: dominus autem iustus in medio eius, & non faciet iniustum mane, mane dabit iudicium suum.* Sed & beatum Zachariam prophetam monentem vos in verbo Dei, audite. * *Hæc enim dicit dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate, & misericordiam & miserationem facite vnusquisq; ad fratrem suum, & viduam & orphanum & aduenam & pauperem per potentiã nolite nocere, & malitiã vnusquisque fratris sui non reminiscatur in corde suo: & contumaces fuerunt ne obseruarẽt, & dederunt dorsum stultitiæ, & aures suas degrauauerunt vt non audirent, & cor suum statuerunt insuadibile ne audirent legem meam & verba, quæ misit dominus omni-*

Zacharias.

Zach.7.9.

omnipotens [*in ſpiritu ſuo in manibus prophetarum priorum, & facta eſt ira magna à Domino omnipotente.* Et iterum.* *Quoniam qui loquebantur, locuti ſunt moleſtias, & diuini viſa falſa, & ſomnia falſa loquebantur, & vana conſolabãtur: propter hoc aridi facti ſunt ſicut oues, & afflicti ſunt quoniã non erat ſanitas.*] *Super paſtores exaceruata eſt iracundia mea, & ſuper agnos viſitabo.* [Et poſt pauca.* *Vox lamentantium paſtorum, quia miſera facta eſt magnitudo eorum. Vox rugientium leonum, quoniã miſer factus eſt decurſus Iordanis. Hæc dicit Dominus omnipotens: Qui poſſidebant interficiebant, & non pœnituit eos: &, qui vendebant eas dicebãt: Benedictus Dominus, & ditati ſumus, & paſtores earum nihil paſſi ſunt in eis. Propter quod nõ parcã iã ſuper inhabitantes terrã, dicit dominus*]. Quid prętera ſanctus Malachias propheta vobis denunti-

Zach. 10. 2.

Zach. 11. 3.

eas, ſubaudi oues.

Malachias.

ciauerit, audite: *Vos (inquiens) sacerdotes qui spernitis nomen meum, & dixistis: In quo spernimus nomen tuum? Offerendo ad altare meum panes pollutos: & dixistis, In quo polluimus eos? In eo quod dixistis: Mensa domini pro nihilo est, & quæ superposita sunt spreuistis: quoniam si adducatis cæcum ad victimam, nonne malum? Si admoneatis claudum aut languidum, nonne malum? Offer itaque illud præposito tuo si suscipiet illud, si accipiet personam tuam, dicit dominus omnipotens. Et nunc exorate faciem Dei vestri, & deprecamini eum: in manibus vestris facta sunt hæc, si accipiam ex vobis personas vestras. Et iterum, *Et intulistis de rapina claudum & languidum, & intulistis munus. Nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile domino, quia rex ma-

*Malach. 1, 6.

*Malach. 1, 13.

magnus ego ſum, dicit dominus exercituum, & nomen meum horribile in gẽtibus. [*Et nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes, ſi nolueritis audire & ponere ſuper cor vt detis gloriam nomini meo, ait dominus exercituum, mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego proijciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolennitatum veſtrarum.* Sed interea vt auidius organa nequitiæ præparetis ad bona, quid de ſancto ſacerdote dicat (ſi quantulumcunq; adhuc interni auditus in vobis remanet) auſcultate: * *Pactum meũ* (inquiens) *fuit cũ eo* (de Leui namq; vel Moyſe ſecundum hiſtoriam loquebatur) *vitæ & pacis, dedi ei timorem, & timuit me, à facie nominis mei pauebat, lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius, in pace*

Malach.2.4

Malach.2.5.

&

& in æquitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiã, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum eſt. Nunc item mutauit ſenſum, & malos increpare non deſinit.

Malach.2.8. ✱ *Vos* (inquiens) *receſſiſtis de via, & deſcãdalizaſtis plurimos in lege, & irritum feciſtis pactum cum Leui, dicit dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles in omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſq; fratrem ſuum?* Et iterum.

Malach.3.2. ✱ *Ecce veniet dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim egredietur quaſi ignis ardens, & quaſi poa lauantium, & ſedebit conflans & emundans argen-*

gen-

gentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentũ. Et post pauca.* *Inualuerũt super me verba vestra, dicit Dominus, & dixistis. Vanus est qui seruit Deo, & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus coram domino exercituum tristes. Ergo nunc beatos dicemus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes iniquitatem, temptauerunt Deum, & salui facti sunt*]. Malach.3.13.

Quid vero Ezechiel propheta dixerit, attendite. * *Væ* (inquiens) *super væ veniet, & nũtius super nuntiũ erit, & quæretur visio à propheta, & lex peribit à sacerdote & cõsilium de senioribus.* Et iterum. * *Hæc dicit dominus. Eo quod sermones vestri sunt mendaces, & diuinationes vestræ vanæ, propter hoc ecce ego ad vos, dicit Dominus: Extendam manum meam super prophetas qui vident mendacia, & eos qui loquuntur vana in disciplina* *Ezechiel.* Ezech.7.26. Ezech.13.8.

populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſrael non ſcribentur, & in terram Iſrael non intrabunt, & ſcietis quia ego dominus. Propterea populum meum ſeduxerunt dicẽtes, pax domini, & non eſt pax domini. Hic ſtruit parietem, & ipſi vngunt eum, & *cadet*. Et poſt aliquanta.

Ezech.13.18. **Væ his qui concinnant ceruicalia ſubtus omnem cubitum manus, & faciunt velamina ſuper omne caput vniuerſæ ætatis ad ſubuertendas animas.* [*Animæq; ſubuerſæ ſunt populi mei, & animas poſſidebant, & contaminabant me ad populũ meum propter manũ plenã hordei, & propter fragmentum panis ad occidendas animas quas nõ oportebat mori, & ad liberãdas animas quas nõ oportebat viuere, dum loquimini populo exaudienti vana eloquia.* Et infra.

Hic deſyderãtur in Polyd. editione. 2. folia cũ dimid.

Ezech.22.4. **Fili hominis dic, Tu es terra quæ nõ cõpluitur, neq; pluuia facta eſt ſuper te in die iræ, in qua principes in medio eius (ſicut leones) rugiẽtes, rapien-*

pientes rapinas, animas deuorantes in potentia, & pretia accipientes, & viduæ tuæ multiplicatæ sunt in medio tui, & sacerdotes eius despexerunt legem meam, & polluebant sancta mea. Inter sanctum & pollutum non distinguebant, & inter mediũ immundi & mundi non diuidebant, & à sabbathis meis obuelabant oculos suos, & polluebant in medio eorum. Et iterum. **Et quærebam ex eis virum rectè conuersantem, & stantem ante faciem meam omnino in tempora terræ, ne in fine delerem eam, & non inueni. Et effudi in eam animum meum in igne iræ meæ ad consumendum eos: vias eorum in caput eorum dedi, dicit Dominus.* Et post aliquanta. **Et factus est sermo domini ad me dicens: Fili hominis loquere filijs populi mei, & dices ad eos: Terra in quã ego gladium superinducam, & acceperit populus terræ hominem vnum ex ipsis, & dederit eum sibi in speculatorem, &*

Ezech. 22. 30.

Ezech. 33. 2.

viderit gladium veniẽtem super terram, & tuba cecinerit, & significauerit populo: & audierit qui audit vocem tubæ & non obseruauerit: & venerit gladius & comprehenderit eum, sanguis eius super caput eius erit. Quia, cùm vocem tubæ audisset, non obseruauit, sanguis eius in ipso erit: & hic, quia custodiuit animam suam, liberauit. Et speculator si viderit gladium venientem & non significauerit tuba, & populus non obseruauerit: & veniens gladius acceperit ex eis animã, & ipsa propter iniquitatẽ suam capta est, & sanguinem de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem te dedi domui Israel, & audies ex ore meo verbum cùm dicam peccatori, morte morieris: & non loqueris vt auertat se à via sua impius: & ipse iniquus in iniquitate sua morietur, saguinẽ autẽ eius de manu tua requiram. Tu vero si prædixeris impio viam eius vt auertat se ab ea, &

non

nõ ſe auerterit à via ſua: hic ſua impietate morietur, & tu animã tuam eripuiſti.]Sed ſufficiãt hęc pauca de pluribus prophetarum teſtimonia, queis retunditur ſuperbia vel ignauia ſacerdotum cõtumacium, ne putent nos propria potius adinuentione quã legis ſanctorum vel auctoritate eis talia denuntiare. Videamus igitur quid euangelica tuba mũdo perſonans inordinatis ſacerdotibus eloquatur, nõ enim de illis (vt iam diximus) qui apoſtolicam ſedem legitimè obtinent, quique benè norunt largiri ſpiritualia cõſeruis ſuis in tempore cibaria (ſi qui tamen multi in præſentiarum ſunt) ſed de paſtoribus imperitis, qui derelinquunt oues, & paſcunt vana, & non habent verba paſtoris periti, nobis ſermo eſt. Euidens ergo indicium eſt, non eſſe eum legitimũ

queis pro quibus.

Euãgelica teſtimonia ad ſacerdotum correctionem

paſtorem, ſed mediocrem quidem chriſtianum, qui hæc non tam noſtra (qui valde exigui ſumus) quam veteris nouiq; teſtamẽti decreta recuſarit, vel inficiatus fuerit, ſicut bene quidam noſtrorum ait. *Optabiliter cupimus, vt hoſtes eccleſiæ ſint noſtri quoq; abſq; vllo fœdere hoſtes: & amici ac defenſores noſtri non ſolum fœderati, ſed etiam patres ac domini habeantur.* Cõueniant nanq; ſinguli vero examine conſcientiam ſuam, & ita deprehendent an ſecundum rectam rationem ſacerdotali cathedræ inſideãt. Videamus (inquam) quid Saluator mundi factorq; dicat.

Matth. 5. 13. **Vos eſtis (inquit) ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltrà, niſi vt proiciatur foras vt conculcetur ab hominibus.* Hoc vnum teſtimonium ad cõfutandos impudentes quoſque abundè ſufficere poſſet, ſed

ed vt euidẽtioribus adhuc aſtipulationib⁹, quãtis ſemetipſos intolerabilibus ſcelerum faſcibus falſi hi ſacerdotes opprimant, verbis Chriſti comprobetur, aliqua annectenda ſunt. Sequitur enim: **Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, neque accendunt lucernam & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo ſunt.* Quis ergo ſacerdotũ huius temporis ita ignorantiæ cæcitate poſſeſſus, vt lux clariſſimæ lucernæ, in aliqua domo cunctis noctu reſidentibus ſcientiæ ſimul & bonorum operum lampade lucet? Quis ita vniuerſis eccleſiæ filijs tutum, publicum, cõſpicuumq́; refugium, vt ſit ciuibus firmiſſima fortè æditi montis ciuitas vertice conſtituta, habetur? Sed & quod ſequitur. * *Sic luceat lux veſtra coram hominibus,* Matth.5.14. Matth.5.16.

vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in cœlis est. Quis eorum vno saltim die potest implere? Quin potius densissima quædam eorum nebula, atraq; peccaminũ omni insulæ ita incumbit nox, vt omnes penè à via recta auertat, ac per inuios impeditosq; scelerũ calles errare faciat, quorũ nõ modo pater cœlestis non laudatur per opera, sed etiam intolerabiliter blasphematur. Velim quidem hęc scripturæ sacræ testimonia huic epistolæ inserta vel inserenda, sicut nostra mediocritas posset omnia vtcunque historico vel morali sensu interpretari. Sed, ne in inmensum modum opusculum hoc his, qui non tam nostra quam Dei despiciunt, fastidiunt, auertunt, proteletur, simpliciter & absq; vllo verborum circuitione cõgesta vel cõ-

ge-

gerenda ſunt. Et poſt pauca.
Qui enim ſoluerit vnum de mãdatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum. Matth.5.19.
Et iterum: *Nolite iudicare, vt nõ iudicemini: in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis.* Matth.7.1. Matth.7.2.
Quis rogo veſtrum reſpiciet id quod ſequitur? ★ *Quid autem vides* (inquit) *feſtucã in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non conſideras? aut quomodo dicis fratri tuo, Sine eiyciam feſtucam de oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo eſt.* Matth.7.3.
Vel quod ſequitur: *Nolite dare ſanctum canibus, neq; miſeritis margaritas veſtras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus ſuis, & cõuerſi diſrumpãt vos,* quod ſepiſſimè vobis euenit. Et populũ monens, ne á doloſis doctoribus (vt eſtis vos) ſeduceretur, dixit. Matth.7.6.
Attendite vobis à falſis prophetis qui veniunt ad vos in veſtitu ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces: à fructibus eorum Matth.7.15.

cognoſcetis eos. Nunquid colligunt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, & mala malos. Et infra:

Matth.7.21. **Non omnis, qui dicit mihi domine Domine, intrabit in regnum cælorũ: ſed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnũ cælorũ.* Quid ſane vobis fiet, qui (vt propheta dixit) labijs tantum & non corde Deo creditis? Qualiter autem impletis quod

Matth.10.16. ſequitur: **Ecce* (inquiens) *ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ*, qui verſa vice (vt lupi in gregẽ ouium) ſpceditis, vel quod ait,

Matth.10.16. **Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*, & *ſimplices ſicut columbæ?* Prudentes quidem eſtis vt aliquem ore exitiabili mordeatis, nõ vt caput veſtrum (quod eſt Chriſtus) obiectu quodãmodo corporis defendatis, quem totis operum malorũ conatibus cõculcatis. Nec enim ſimplicitatem colũbarum habetis, quin potius

cor-

coruino assimilati nigrori ac semel de arca (id est ecclesia) euolitantes, inuentis carnaliũ voluptatũ fœtoribus, nusquam ad eam puro corde reuolastis. Sed videamus & cętera: **Nolite* (ait) *timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam*. Quidnam horum feceritis, recogitate. Quem vero vestrum sequens testimonium non in profundo cordis arcano vulneret, quod de prauis antistitibus Saluator ad apostolos loquitur? **Sinite illos, cæci sunt duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent*. Egent sanè populi, quib⁹ præestis, vel potius quos decepistis, audire. Attendite verba Domini ad Apostolos & turbas loquentis, quę & nos (vt audio) in medium crebro proferMatt. 10. 28.

Matth. 15. 14.

ferre non pudet. Matth.23.2. *Super cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt enim & ipſi non faciunt.* Periculoſa certe ac ſuperuacua ſacerdotibus doctrina eſt, quæ prauis operibus obfuſcatur. Matth.23.13. *Væ vobis hypocritæ, qui clauditis regnũ cœlorũ ante homines, vos autem non intratis nec introeuntes ſinitis intrare.* Non ſolum enim præ tãtis malorũ criminibus quæ geritis in futuro, ſed etiã p his, qui veſtro quotidie exemplo pereũt, pœnali pœna plectemini: quorum ſanguis in die iudicij de veſtris manibus requiretur. Sed quid mali quod ſerui parabola prætenderit inſpicite, Matth.24.48. dicentis *in corde ſuo moram facit dominus meus venire.* Qui pro hoc forſitan *incœperat percutere conſeruos ſuos manducans & bibens cum ebrijs.*

Ve-

**Veniet ergo* (inquit) *dominus ſer-* Matth.24.49.
ui illius in die qua non ſperat, & ho-
ra qua ignorat, & diuidet eum (á
ſanctis ſcilicet ſacerdotibus)
partemq; eius ponet cum hypocritis,
(cũ eis certè, qui ſub ſacerdo-
tali tegmine multũ obumbrãt
nequitiæ.)**Illic* (inquiens) *erit* Matth.24.51.
fletus & ſtridor dentium, quibus
in hac vita nõ crebro euenit ob
quotidianas eccleſię matris ru-
inas filiorũ, vel deſyderia regni
cœlorum. Sed videamus quid
Chriſti verus diſcipulus magi-
ſter gentium Paulus qui omni *Paulus.*
eccleſiaſtico doctori imitãdus
eſt (**ſicut & ego Chriſti*) in tali 1.Cor.11.1.
negotio præloquatur in prima
epiſtola dicens,**Quia quũ cogno-* Rom.1.21.
uerunt Deum, non ſicut Deum ma-
gnificauerunt, aut gratias egerunt:
ſed euanuerũt in cogitationibus ſuis,
& obcæcatum eſt inſipiens cor eo-
rum, dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti
facti ſunt. Licet hoc gentibus di-
ci videatur, intuemini tamen
quia

quia competenter iſtius æui ſacerdotibus cum populis coaptabitur. Et poſt pauca: * *Qui commutauerunt (inquit) veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori qui eſt benedictus in ſecula: propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ.* Et iterum: * *Et ſicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant quæ nõ conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, impudicitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio (* ſcilicet animarũ populi *) contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, deo odibiles, cõtumelioſos, ſuperbos, elatos, inuẽtores malorum, parentibus inobedientes, inſenſatos, incompoſitos, ſine miſericordia, ſine affectione, qui cùm iuſtitiã Dei cognouiſſent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte.* Quisnam ſupradi-

Rom.1.25.

Rom.1.28.

dictorum his omnibus in veritate caruit? ſi enim eſſet, fortè caperetur ſubiecto ſenſu in quo ait, **Non ſolum qui faciũt ea, ſed etiam qui conſentiunt facientibus*, nullo ſcilicet hoc malo eorum exſtante immuni. Et infra, **Tu autem ſecundum duritiam tuam, & cor impœnitens theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.* Et iterum: **Non eſt enim acceptio perſonarum apud Deum. Quicunq; enim ſine lege peccauerũt, ſine lege et peribũt: quicunq; in lege peccauerũt, per legem iudicabũtur. Nõ enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis inſtificabũtur.* Quid ergo ſeueritatis ingruit his qui nõ ſolum implenda nõ faciunt, & prohibita non declinant, ſed etiam ipſam verborum Dei lectionem vel tenuiter auribus ingeſtam pro ſæuiſſimo angue re-

Rom.1.32.

Rom.2.5.

Rom.2.13.

refugiunt? Sed transeamus ad
Rom. 6.1. sequentia: * *Quid ergo* (inquit) *dicemus? Permanebimus in peccato vt gratia abundet? absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo iterum viuemus in illo?* Et post aliquāta: *
Rom. 8.35. *Quis nos* (ait) *separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* Quem vestrū (quęso) talis intimo corde occupabit affectus, qui non modo pro pietate non laboratis, sed etiam vt iniquè agatis & Christum offendatis, multa patimini? Vel quod sequitur. *
Rom. 13.12. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarū, & induamus arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus, nō in cōmessationib. & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induite dominū Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis*

in

in concupiſcentijs. Et iterum ad Corinthios in prima epiſtola: **Vt ſapiens* (inquit) *architectus fundamentum poſui, alter ſuperædificat. Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod eſt IESVS CHRISTVS. Si quis autẽ ſuperædificet ſuper hoc aurum & argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, Vnumquodque opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit illud, quia in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſque opus, quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, omnia per ignem iudicabuntur. [* Qui ſuperædificauerit, mercedem accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentum patietur. Neſcitis quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus.* Et iterum. **Si quis videtur apud vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapi-*

1. Cor. 3. 10.

1. Cor. 3. 18.

ens. Sapientia enim huius mundi, ſtultitia eſt apud Deũ. Et poſt aliquãta,* *Non bona gloriatio veſtra. Neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit? Expurgate igitur vetus fermẽtum, vt ſitis noua conſperſio.* Quomodo expurgabitur vetus fermentum (id eſt peccatũ) quod à diebus indies cunctis conatibus cumulatur? Et iterum:* *Scripſi vobis in epiſtola, ne cõmiſceamini fornicarijs, nõ vtiq; fornicarijs huius mũdi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus. Alioquin debueratis de hoc mũdo exire. Nũc autẽ ſcripſi vobis ne commiſceri, ſi quis nominatur frater & eſt fornicator, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cũ huiuſmodi nec cibũ quidẽ ſumere.* Sed latro nequaquã pro furto vel latrocinio furem aliũ damnat, quem potius optat, tuetur, amat, vtpote ſui ſceleris conſortem.]

1. Cor. 5. 6.

1. Cor. 5. 9.

Item

Item in epiſtola ad Corintheos ſecunda: **Ideo* (inquit) *habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non deficiamus: Sed abijciamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia neque adulterantes verbũ Dei* (per malum exemplũ ſcilicet, & per adulationẽ). In ſubſequẽtibus autem ita de malis doctoribus dicit: * *Nam eiuſmodi pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, tranſſigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et nõ mirum. Ipſe enim ſathanas tranſſigurat ſe in angelum lucis. Non eſt magnũ igitur ſi miniſtri eius tranſfigurentur vt angeli iuſtitiæ, quorum finis erit ſecundum opera eorum.* 2. Cor. 4. 2. 2. Cor. 11. 13.

Attẽdite quoq; quid ad Epheſios dicat. An neſcitis vos pro hoc in aliquo reos teneri? **Hoc* (inquiens) *dico & teſtificor in Domino, vt iam non ambuletis ſicut gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes* Epheſ. 4. 17.

intellectum, alienati à via Dei, per ignorantiam, quæ eſt in illis propter cæcitatem cordis eorum, qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in operationem omnis inmũditiæ & auaritiæ. Et quis veſtrum ſpontè expleuerit id quod ſequitur, *Propterea nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei, & nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed replemini ſpiritu ſãcto.* Sed & quod ad Theſ. dicit: *Neq; enim fuimus apud vos aliquãdo in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neq; in occaſione auaritiæ, nec quærẽtes ab hominibus gloriari, neq; à vobis, neque ab aliis, cùm poſſimus honori eſſe, vt cæteri apoſtoli Chriſti. Sed facti ſumus ſicut paruuli in medio veſtrum, vel tanquam ſi nutrix foueat paruulos ſuos, ita deſyderantes vos cupide volebamus vobis tradere nõ ſolum euangelium, ſed etiam animas noſtras.* Si hunc vos apoſtoli retinetis in omnibus affectum

Epheſ. 5. 17.

1. Theſſ. 2. 5.

ctum, eius quoque cathedræ legitime insidere noscatis. Vel etiam quod sequitur. * *Scitis* (inquit) *quæ præcepta dederim vobis.* & *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in honore & sanctificatione, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. [Et ne quis supergrediatur neq; circũueniat in negotio fratrẽ suum, quoniam vindex est dominus de his omnibus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiã, sed in sanctificationem. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit sed Deum.* Quis etiam vestrum, circũspectè cautèque custodiuit id quod sequitur: * *Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & concupiscentiam malam, propter quæ venit ira Dei in filios diffidentiæ.* Videtis enim pro queis pec-

1. Thess. 4. 2. & 3.

Colloss. 3. 5.

catis ira Dei potiſſimũ conſurgat.] Audite itaq; quid de vobis prophetico ſpiritu ſanctus idẽ apoſtolus veſtriſq; cõſimilibus prædixerit, ad Timotheum apertè ſcribens. 2. Tim. 3. 1. **Hoc enim ſcitote, quod in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa. Erunt enim homines ſemetipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, incontinentes, immites, ſine benignitate, proditores, proterui, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem ſpeciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita,* ſicut & propheta dicit: Pſal. 25. 5. **O diui congregationem malignorum, & cum impijs non ſedebo.* [Et poſt aliquanta, (quod noſtro tempore videmus pullulare) ait: 2. Tim. 3. 7. **Semper diſcentes, & nunquam ad ſcientiã veritatis peruenientes: Quemadmodũ enim Iãnes & Mambres reſtiterunt Moyſi,*

Moysi, ita & isti resistunt veritati: homines corrupti mẽte, reprobi circa fidẽ, sed vltrà nõ proficient. Insipiẽtia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit]. Etenim euidenter ostendit, qualiter se exhibeant suo officio sacerdotes ita ad Titum scribens: **Te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum habens, irreprehensibile, vt is qui ex aduerso est vereatur, nullum malum habens dicere de nobis.* Et iterum ad Timotheum. **Labora* (inquit) *sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotijs secularibus, vt placeat ei cui se probauit. Nam & qui contendit in agone non coronatur, nisi legitime certauerit.* Hæc quidem bonorum adhortatio. [Quod vero item cõprehendit, malorum hominum (vt vos quibusq; intelligẽtibus apparetis) denuntiatio est. **Si quis* (in-

* Tit.2.7.

2.Tim.2.3.

1.Tim.6.3.

(inquiens) *aliter docet, & non acquieſcit ſermonibus ſanis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt doctrinæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed langueſcens erga quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, qui veritate priuati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem.*] Sed quid ſparſim poſitis amplius vtentes teſtimonijs ſenſuum ac diuerſorũ vndis in deſpecta ingenij noſtri cymbula fluctuabimur? Recurrere tandem aliquãdo vſq; ad lectiones illas (quę ad hoc nõ ſolum vt recitentur, ſed etiam adſtipulentur benedictioni qua initiantur ſacerdotum vel miniſtrorum manus, eoſq; perpetuo doceant, vti ne à mandatis, quę fideliter continentur in eis, ſacerdotali dignitate degenerantes

tes recedant, ex omni penè sanctarum scripturarū textu merito excerptę sunt) necessarium duximus, vt apertius cunctis pateat æterna supplicia mansuraeos & non esse sacerdotes vel Dei ministros, qui earum doctrinas atque mandata opere secundum vires suas nó adimpleuerint. Audiamus ergo quid princeps apostolorū beat⁹ Petrus de tali negotio signauerit:

Nota veterem morem initiãdi sacerdotes.

**Benedictus* (inquiens) *deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui per magnam misericordiã suam regenerauit nos in spem vitæ æternæ, per resurrectionem à mortuis Domini nostri Iesu Christi, in hæreditatem incorruptibilẽ, immarcessibilem, inconstaminatam, conseruatam in cœlis in vos, qui in virtute Dei custodimini.* 1. pet. 1. 3.

Quare enim insipienter à vobis violatur talis hęreditas, quę nõ sicut terrena decidua, sed immarcessibilis atq; æterna est? Et

post aliquanta. 1.Pet.1.13. *Propter quod succincti estote lumbos mentis vestræ, sobrij, perfectè sperãtes in eam, quæ offertur vobis, gratiã in reuelatione Iesu Christi.* Rimamini nãq; pectoris vestri pfunda an sobrij sitis, & perfecte sacerdotalẽ gratiam examinandam in Domini reuelatione cõseruetis. Et iterum dicit: 1.Pet.1.14. *Quasi filij benedictionis non configurantes vos illis prioribus ignorantiæ vestræ desyderijs, sed secundum eum qui vos vocauit sanctos, & vos sancti in omni conuersatione estote. Propter quod scriptum est: sancti estote, quia ego sũ sanctus.* Quis rogo vestrum ita sanctitatem toto animi ardore sectatus est, vt hoc quantũ in se est auidè festinaret implere? Sed videamus quid in eiusdem secunda lectione contineatur: 1.Pet.1.22. *Charissimi* (inquit) *animas vestras castificate ad obediendum fidei per spiritũ in charitate, in fraternitate, ex corde*

de vero inuicem diligentes perſeueranter, quaſi renati non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili verbo Dei viui & permanentis in æternũ. Hæc quidem ab apoſtolo mandata, & in die veſtræ ordinationis lecta, vt ea indirupte cuſtodiretis, ſed nequaquam à vobis in iudicio impleta, ſed nec multum cogitata vel intellecta ſunt. Et infra: **Deponentes igitur omnẽ malitiã, & omnẽ dolũ, & ſimulationẽ, & inuidiã, & detractiones, ſicut modo geniti infantes, rationabiles, & ſine dolo lac cõcupiſcite, vt eo creſcatis in ſalutem, quoniam dulcis eſt Dominus.* Recogitate an hæc quoque ſurdis auribus à vobis audita crebrius conculcentur. Et iterum. * *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus in adoptionem, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in illud tam admirabile lumen ſuum.* Non ſolum enim per

1.pet.2.1.

1.Pet.2.9.

per vos virtutes Dei nō annuntiantur vel meliorātur, sed etiā prauissimis vestris apud incredulos quosq; despiciūtur exemplis. Audistis fortè in eodē die, quod in lectione Actus apostolorum lectum est. Act.1.15. *Petro in medio discipulorum surgente qui dixit: Viri fratres oportet scripturā impleri, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda.* Et paulo post: Act.1.18. *Hic itaq; acquisiuit agrum de mercede iniquitatis.* Hoc securo vel potius hebeti corde, quasi non de vobis lectū fuisset, audistis. Quis (quæso) vestrum non quærit agrum de mercede iniquitatis? Iudas nāq; loculos compilabat, vos ecclesiæ donaria filiorumq; animas eius vastatis. Ille adijt Iudæos vt Deum venderet, vos tyrannos & patrem vestrum diabolum vt Christum despiciatis. Ille triginta argenteis venalem habuit omnium

sal-

Saluatorem, vos vel vno obulo. Quid plura ? Fertur vobis in medium Matthiæ in confusionem vestram exemplum, sanctorum quoq; apostolorum electione vel iudicio Christi non propria voluntate sortiti, ad quod cæci effecti non videtis quam longe à meritis eius distetis, dum in amorē & effectū Iudæ traditoris spontè corruistis. Apparet ergo eum, qui vos sacerdotes (sciens) ex corde dicit, non esse eximiū Christianū. Sanè quod sentio, proferam. Posset quidem lenior fieri increpatio, sed quid prodest vulnus manu tantum palpare, vnguentóue vngere, quod tumore iam vel fœtore sibi horrescens cauterio & publico ignis medicamine eget, si tamen vllo modo sanari possit, ægro nequaquā medelam quærente, & ab hoc medico longi-

ūs

ns recedente? O inimici Dei & non ſacerdotes, veterani malorum & non pontifices, traditores & non ſanctorum apoſtolorum ſucceſſores, & non Chriſti miniſtri. Auſcultaſtis quidem ſecundæ lectionis apoſtoli Pauli verborum ſonum (ſed in nullo modo monita virtutemq; ſeruaſtis, & ſimulachrorum modo, quæ nó vident neq; audiunt, eodem die altari aſtitiſtis) tũc & quotidie vobis intonantis.* *Fratres* (inquit) *fidelis ſermo eſt, & omni acceptione dignus.* Ille dixit, fidelem & dignũ, vos vt infidelem & indignum ſpreuiſtis.* *Si quis epiſcopatum cupit, bonum opus deſiderat.* Vos epiſcopatum magnoperè auaritiæ gratia, nó ſpiritualis profectus obtẽtu cupitis, & bonũ opus illi cõdignum nequaquã habetis. *Oportet ergo huiuſmodi irreprehẽſibilẽ eſſe.* In hoc nãq; ſermone lachry-

1. Timoth. 3, 1.

2. Timoth. 3, 1.

1. Timoth. 3, 2.

chrymis magis quam verbis opus est, ac si dixisset Apostolus eum esse omnibus irreprehensibiliorem debere. *Vnius vxoris virum.* Quid ita apud nos quoque contemnitur* quasi nõ audiretur vel idem dicere & virum vxorum? *Sobrium, pruden-*

* *Cùm dicat Paulus virũ vnius vxoris, non auditur dicere virum vxorum. Ex hoc loco attende Episcopos Britonũ vxoratos fuisse, & Gildã hic solum reprehẽdere polygamos, hoc est, habẽtes simul plures vxores, ob quod antea fol. 24. corripuit reges & principes. Patricius Hybernorũ apostolus vir fuit natione Britannus ex patre Caphurnio diacono: is etiam Calphurnius filius Potiti præsbyteri. At non similiter post Augustini aduentum Anglosaxonũ episcopis & præsbyteris honorabile visum est cõiugium. Itaq́ hæc repræhensio perpetuo id tẽporis erat à Britonibus vsurpata aduersus Saxones, vt dicerent eos cõtemptores matrimonij, quod Aldelmus Saxo innuit, cùm crimẽ auertere cupiẽs ita scribat. Neq́ tamen virginalem pudicitiæ gloriã immensis laudibus accumulantes, & ad exemplũ rigidæ cõuersationis, & ardui formã propositi animos militantiũ Christo instigantes immaculata matrimonij cõtubernia & legitimum legatis thori connubium; sicut scismaticorum (hoc contumeliæ nomine vocat gentem Britonum) deliramenta garriunt, spernendum ducimus. Hic Polydorus cõtra veterũ codicũ lectionẽ verbum vxorũ in verbũ vxoris cõmutauit, & sententiã male distinxit.*

rem. Quis etiam ex vobis hoc aliquando ineſſe ſibi ſaltem optauit? *Hoſpitalem*, id ſi forte caſu euenerit, popularis auræ potius quam præcepti gratia factum, non prodeſt Domino ſaluatore ita dicente: *Amen dico vobis, receperunt mercedem ſuam.* *Ornatum, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum*. O feralis immutatio, ô horrenda præceptorum cœleſtium conculcatio; nonne infatigabiliter ad hæc expugnãda, vel potius obruenda actuum verborumque arma corripitis, pro queis conſeruandis atque firmandis (ſi neceſſe fuiſſet) & pœna vltro ſubeunda, & vita ponẽda erat? Sed videamus & ſequentia: *Domum* (inquit) *ſuam benè regentem, filios habentem ſubditos, cũ omni caſtitate.* ¶ Ergo imperfecta eſt patrũ caſtitas, ſi eidem non

I. Timot. 3. 2.

¶ Caſtitas epiſcopi patris, vt habeatur perfecta, pendet ex caſtitate liberorũ ſuorũ.

non & filiorum accumuletur. Sed quid erit, vbi nec pater, nec filius mali genitoris exemplo prauatus conspicitur castus? *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit?* Hæc sunt verba quæ indubitatis effectibus approbãtur. **Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non vino multũ deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in cõscientia pura. Hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes.* His nimirum horrescens diu immorari, vnũ veridicé possum dicere, quin hæc omnia in contrarios actus mutentur, ita vt clerici (quod non absq; dolore cordis fateor) impudici, bilingues, ebrij, turpis lucri cupidi, habentes fidem & (vt verius dicam) infidelitatem in cõscientia impura, non pro-

* 1. Timoth. 3. 8.

bati in bono ſed in malo opere præſciti miniſtrantes, & innumera crimina habentes ſacro miniſterio adſciſcantur. Audiſtis etiam illo die (quo multo digni⁹ multoq; rectius erat, vt ad carcerem vel cataſtam pœnalem quam ad ſacerdotiū traheremini) domino ſciſcitanti, quem ſe eſſe putarēt diſcipuli, Petrum reſpondiſſe: **Tu es Chriſtus filius Dei viui*, eiq; Dominum pro tali confeſſione dixiſſe: **Beatus es Simon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt*. Ergo Petrus à Deo patre doctus, rectè Chriſtum cōfitetur. Vos autem moniti à patre veſtro diabolo iniqué ſaluatorem malis actibus denegatis. Vero ſacerdoti dicitur: **Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meā.* Vos quidem aſſimilamini **viro ſtulto*

Matth.16.16.

Matth.16.17.

Matth.16.18.

Omni vero ſacerdoti dicitur: tu es Petrus, &c.

ſtulto, *qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam*. Notandum verò eſt, quod inſipientibus in ædificanda domo arenarum pendulæ mobilitati dominus nō cooperetur, ſecundum illud: *Fecerunt ſibi reges, & non per me*. Itidemq́; quod ſequitur eadē ſonat dicendo: **Et portæ inferni non prævalebunt*, eiuſq́; peccata intelliguntur. De veſtra quid exitiabili ſtructura pronuntiatur? **Venerūt flumina & flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina eius magna.* Petro eiuſque ſucceſſoribus dicit dominus, & *tibi dabo claues regni cælorū*: Vobis verò, *non noui vos, diſcedite à me operarij iniquitatis*, vt ſeparati ſiniſtræ partis cum hœdis, eatis in ignē æternum. Itemq́; omni ſancto ſacerdoti promittitur: & *quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta*

Math. 7. 26.

Matth. 16. 18.

Math. 7. 25.

Nota omnē ſanctū ſacerdotem eſſe ſucceſſorem Petri, & omni huiuſmodi dici: Tibi dabo claues, & quecunque ſolueris, &c

& in cœlis : & quæcunq; ligaueris super terram , erunt ligata & in cœlis . Sed quomodo vos aliquid soluetis vt sit solutum & in cœlis à cœlo ob scelera adempti, & immanium peccatorum funibus compediti, vt Salomõ quoq; ait: *Criniculis peccatorum suorum vnusquisq; cõstringitur* ? Quaq; ratione aliquid in terra ligabitis quod suprà modum etiam ligetur præter vosmetipsos, qui ita ligati iniquitatibus in hoc mundo tenemini, vt in cœlis nequaquam ascendatis, sed in infausta tartari ergastula non conuersi in hac vita ad Dominum decidatis? Nec sibi quisquam sacerdotum de corporis mundi solum conscientia supplaudat, cum eorum queis prꝫest (siqui propter eius imperitiam vel desidiam seu adulationem perierint)

Pro.5.22.

in

in die iudicij de eiusdem manibus, veluti interfectoris, animę exquirantur. Quia nec dulcior mors, quę infertur à bono quoque homine quam malo. Alioquin non dixisset apostolus velut paternũ legatum suis successorib⁹ derelinquens, * *Mundus ego sum ab omniũ sanguine. Non enim subterfugi quo minus annuntiarem vobis omne mysterium Dei.* Act.20.26.

Multumq; nam vsu ac frequentia peccatorum inebriati, & inceſſanter irruentibus vobis scelerum cumulatorum acsi vndis quassati, vnam veluti post naufragium (in qua ad viuorum terram euadatis) pœnitentiæ tabulam toto animi nisu exquirite, vt auertatur furor Domini à vobis misericorditer dicentis: * *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* *Multumquè nam & su pro multũ namquè & su, &c*

Ipse omnipotens Deus totius

conſolationis & miſericordiæ pauciſſimos bonos paſtores cóſeruet ab omni malo, & municipes faciat (ſubacto comuni hoſte) ciuitatis Ieruſalem cœleſtis, hoc eſt, ſanctorum omnium congregationis, pater & filius, & ſpiritus ſanctus, cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum.

Amen.